

farii m eturer, Scipionem longa oratione ad studium pacis de-
 A duere conatus est. Inter multa autem praclara, quae sequitur,
 effatus est. Scipionem pugna, & absolutam victoriam spiran-
 tem alloquens: Potest victoriam inalle, quam pacem, animus.
 Non vobis spiritus magnos magis quam utiles, & mihi talis
 aliquando fortuna affuit. Quod si in secundis rebus bonam
 quoque mentem darent illi, non ea solium, quae evenissent, sed
 etiam ea, quae evenire possent, reputaremus. Ut omnium obli-
 vificaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum, quae
 modo castris inter Anienem atque urbem vestram positis, ac
 jam prope scandentem moenia Romana videras, hic cernis
 duobus fortissimis viris fratribus, clarissimis Imperatoribus,
 orbatum, ante moenia prope obfessae patriae, quibus terrui ves-
 tram urbem, ea pro me deprecantem. Maxima cuique fortuna
 minima credendum est. In bonis tuis rebus, nostris du-
 biis, tibi ampla, ac speciosa danti est pax: nobis petentibus
 magis necessaria quam honesta. Melior, tutiorque est certa
 pax, quam sperata victoria: haec in tua, illa in decorum manu
 est. Non tot annorum felicitatem in unius horae dederis dis-
 crimine. Cum tua vires, tum vim fortunae, matremque belli
 B communem propone animo. Utriusque ferrum, corpora hu-
 mana erunt, nusquam minus quam in bello eventus respondet.
 Non tantum ad id, quod data pace jam habere potes, si praello
 vincas, gloriae adjueris, quantum ademeris, si quid averti eve-
 niant. Simul parata, ac sperata decora unius horae fortuna e-
 vertere potest. Omnia in pace jungenda tuae potestati sunt, P.
 Corneli: tunc ea habenda fortuna erit, quam dii dederint.
 Inter pauca felicitatis, virtutisque exempla, M. Atilius
 quondam in hac eadem terra fuisse, si victor pacem peten-
 tibus dedisset patrius nostris, sed non statuendo tandem
 felicitatis modum, nec cohibendo esserentem se fortunam,
 quanto alius ciatus erat, eo sedius corrui. *T. Livius*
Decad. 3. l. 10.

Crecus a Cypro captus. hoc argumento pacem bello praetuli,
 quod pacis tempore filii sepelirent patres, in bello contra
 patres sepelirent liberos. *Eras. lib. 9. Apoph.*
 Meneclides invidens Epaminonda gloriae suavitati populo, ut
 pacem haberent bello potiorum. Cui Epaminondas: Fallis,
 inquit, cives tuos, qui oculi nomine eos ad servitutem vocas.
 Pax enim bello paratur: nec eam tueri licet, nisi cives sint ad
 bellum instructi. *Plur.*

Pomponius Atticus in funere matris, quam exulit nona-
 genarium, ipse natus annos sexaginta septem gloriatu est,
 quod nunquam cum matre in gratiam rediisset, nunquam cum
 sorore fuisset in similitate, quam prope aequalem habuit. Hanc
 vocem se ab ipso audisse scripsit Cornelius Nepos. Plus au-
 tem est: non rediisse in gratiam, quam non fuisset in similitate.
 Matrem nunquam offenderat: inter ipsam, & sororem, etiam si
 quid incidit offensarum, nunquam exierunt in similitate: quae
 tamen inter fratres, & sorores frequenter acerrime solent exi-
 stere. *Eras. lib. 6. apoph.*

Probus Imper. dixisse fertur, brevi milites necessarios non
 habebimus. Sperabat tantam pacem, ut nihil opus esset exerci-
 tu. Hanc mentem utinam Deus immittat omnibus nostri sa-
 culi principibus. *Flavii Vopiscus.*
 Philonis de pace dicta sunt haec: Pax vel cum magno
 damno conjuncto utilior bello. Ex recta perfectorum ad-
 ministracione: Maximum bonum est, & divinum, quod
 nullus mortalium praestare potest. *Ant. ser. de Charitate, l. 9.*

Antoninus Pius adamabat illam Scipionis celebratissimam
 D sententiam, subinde dicens: Se malle unum servare civem,
 quam mille hostes occidere: Pacem videlicet bello preferens,
 & in ipso bello sentiens hanc oportere primam esse ducis
 curam, ut quam minima civium jactura pareat victoria.
Julius Capitolinus.

Otho Imperator, cum videret aut deponendum Imperium,
 aut magna civium strage tuendum, statuerat sponte mori, &
 amicis, ac militibus hortantibus, ne tam cito de belli auditu de-
 speraret: negavit sibi suam vitam esse tanti, ut hac de causa
 bellum civile nasceretur. Quis non miratur hunc animum in
 principe ethnico, coeque triginta tres annos nato? *Eras. Ro-
 terodam. lib. 6. apoph.*

FIDELES CHRISTIANI.

Alphonfus, Ludovico Podio (quo propter ejus singularem
 diligentiam, ac fidem, perpetuo sere oratore in Italia usus est)
 renuntiavit, pro pace, quam Venetis, & Florentinis daturus
 esset, plusquam ducenta millia aureorum extorqueti posse, ref-

pondit: Pacem dare se, non vendere solitum, *Panorm. lib. 3.*
de rebus gestis Alphonfi.

Idem, cum esset Valentia, appuleret eo loci Caroli Fran-
 corum regis legati, magnopere cum rogantes, ne per id tempus,
 quo rex eorum bello Britannico implicatus esset, contra se bel-
 lum aliquod suscitaret (quam maxime enim verberat Carolus,
 ne Alphonfus captum tempore, & occasione, cum armis
 lacefferet, propterea quod jus, aut titulum praetenderet in
 eam partem Galliae Narbonensis, quam incolae sua lingua Oc-
 citaniam vocant) respondit rex: Etsi certe scit, plures Narbo-
 nensis Galliae civitates ad Aragoniae regnum pertinere, quas
 Carolus rex jam pridem occupata detinet: nihilominus ta-
 men hoc tempore, quo illum intelligo bello superatum, &
 a Britannis protutum esse, nequaquam me arma contra profli-
 gatam regem sumpturum esse vobis affirmo: neque eo animo
 esse, ut quam majorem me in Carolo prosperitate non pete-
 runt, ego in ejus reprobam calamitate. *Ant. Panorm. de reb. gest.*
Alphonfi, & Aeneas Sylv. de ejus dictis. Venissima certe est
 Ciceronis doctrina, quam in Philippicis tradidit, dum ita scribit:
 Nam nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura
 F chara habere potest, quem discordia, quem caedes civium,
 quem bellum civile delectat, cumque ex numero hominum
 eiciendum; ex finibus humanae naturae exterminandum pu-
 to. Itaque five Sylla, five Marius, & five quis alius civile bel-
 lum optavit, cum detestabilem civem Respub. natum ju-
 dico. Nihil igitur hoc cive, nihil hoc hominem tertius, si
 aut civis, aut homo habendus est, qui civile bellum con-
 cupiscat.

Pacis amantissimus Gregorius VII. Pont. cum dissidium
 quod inter eum, & Henricum IV. Imperatorem erat, concor-
 dibus votis dirimeretur, & pacis conditiones proponeretur,
 dicebat: Pacis conditiones non despexero, modo Henricus
 (qui multis cladibus Ecclesiam affligerat) cum Deo primum
 pacem inerat. Melior aliam foret talis pugna, inquit *Nazianz. in*
*Apol. quae Deo proximum facit, quam Pax illa, quae a Deo se-
 parat. Platina in vita.*

Barnagastus etiam nomine regis Aethiopiae cum Praetore
 Lusitano foedus, pacemque in iuribus, apprehensa cruce arge-
 ntea, nixus genibus? Quam, inquit, pacem Iesus Christus
 generis humani redemptor discipulis reliquit: eadem esto inter
 nos, qui ejusdem profitemur cultum, & fidem. *Ex Mass. biff. G*
Ind. lib. 7. Beyerlinck in apoph. Christi.

Invitent nos priores, & excitent, sed Frederici III. Saxoniae
 Ducis exemplum fortis movet, & ad sui imitationem alios
 ejusdem ordinis, quasi quoddam fune, est civium tumultuum
 labyrintho trahit. Ille enim pacis amans, nullas arcas, aut mu-
 nitiones condidit: quin potius ab aliis conditis solo aqua-
 vit: & in id unum incumberebat assiduum, ut pecunias, si
 quas contraxisset, rite impensis, nihil earum proli morte
 posteris superesset. Admirantibus autem, ejusque rei causam
 percontantibus; Ne, aiebat, ego leviter offensus aliquando,
 arcibus, & pecuniis meis confusus, nimis facile vicinos me
 inferiores bello laceffam, & pacem cum eis violam. Quod
 utique facturus non erat, omnibus belli nervis destitu-
 tus.

EXEMPLA MULIERUM.

Pausanias lib. 1. in Eliaei narrat, sexdecim Matronas est toti-
 dem Elidis urbibus, pacem inter Elacos, & Pisaeos summa dex-
 teritate conciliasse.

Plutarchus de virtutibus mulierum refert, cum Galli ante
 Alpium transitum ex intestina seditione in bellum exarsissent
 H Foeminas se in medias acies intulisse, totaque contro-
 versiam tam aequabili arbitrio inter arma diremisse, ut in
 fumis postea de pace, ac bello Republica consiliis,
 uxores Gallorum adhibita semper fuerint. Plura adferen-
 tur infra, *mulieres pacificae.*

PACIFICI.

Pacificorum quos Christus in Evangelio beatos, & Dei fi-
 lios appellat, quia, ut ait Ambrosius, Deus in seipso pacatissi-
 mus est, & pax increata, per quam pacificantur tam Angeli,
 quam homines; exempla nunc in medium adducemus, quam-
 vis ea, quae immediate a nobis sunt proposita, his etiam valcant
 annumerari.

EX S. SCRIPTURA.

Alia animalia in principio fecit Deus duplicia, scilicet, mas-
 culum, & foemina. Hominem autem fecit unum, & ex illo
 sunt omnes, & singuli procreati, ut scilicet unitatem pacis,
 & concordiae commendaret in homine. *Gen. 1.*

Abraham

Abraham iurgia inter pastores suos, & nepotis sui Loth,
 A prudenter dissolvit. *Gen. 13.*
 Ruben, & Judas mitigare conati sunt iram reliquorum fra-
 trum adversus Joseph. *Ibid. 37.*

Inaac Patriarcha (ut in Genesi legitur) Gerare apud
 Abimelech Palaestinarum regem confidens, cum multa re-
 rum, hominumque copia auctus fuisset, in invidiam incidit.
 Ejusdus ergo abiit, & semper ubi tranquillius vivere posset
 quarens, in Bersabee sibi posuit sedem. At cum idem Abi-
 melech potentiam ejus formidans, quem offenderat, ultrò
 amicitiam petivisset, ipse oblitus injuriae, quod pe-
 rebatur facile cessit, intosque inter se foedere, ac pace jure-
 jurando firmata, hospitium, conviviumque illi, & omnibus,
 qui cum illo erant, indulxit. Ulcisci offensorem suum poterat
 vinctus jam superior, sed sicut expellenti non repugnavit,
 ita amicitiam petenti annuit. Et quod sibi magis obno-
 xium faceret, ad epulas invitavit, caute, opiparique in-
 struatus: in tantum pacis, concordiaeque amator fuit.
Gen. 26.

Cedendum est interdum furori majorum, sicut fecit Ja-
 cob, recedens a fratre Esau, donec requiesceret furor ejus.
 B *Gen. 27. l. 28.*

Audientes Gabonites, quae fecerat Josue Jericho, & Hai,
 venerunt ad eum, & servi ipsius benedicunt pacem fe-
 cerunt. *Josue 9.*

Phinees, & ceteri legati ad filios Ruben missi, audientes
 excusationem eorum placati sunt, & verba eorum libentissime
 susceperunt. *Josue 22.*

Quamvis Absalon nimis nequiter contra patrem egisset,
 tamen David magis volebat pacem quam mortem: nam dixit,
 Etsi pax pro Absalon? *2. Reg. 18.*

David quoque Saulem regem, ubi ubique hostiliter perse-
 quentem, fuga declinavit, & cum posset laedere, noluit.
 Chlanydis eius oram latenter abscondit, hastram, & scyphum
 fecus caput dormientis positum abscondit, ut ea res fidem fa-
 ceret, idco se parcere viro persequutois, ut esset cum quo
 tandem placato in gratiam rediret. Itaque beneficio David
 victa est Saulis indignitas; pacem inter se inierat. David tamen
 Saulis inconstans non ignarus, ne praesentia sua illum
 turbaret, in Palaestinam ad Achim Gethaorum regem fe-
 transtulit, habitavitque in Sielegg urbe, donec Saule hos-
 tium armis caeso, rediens illi successit in regno, cujus odium
 placati, quam ulcisci, maluerat. Sic ergo Dei benignitas,
 ac favor pacis, patientiaeque exaltavit cultorem. *Reg. 24.*
l. 26.

Verum quoniam ipse David in negotiis militaribus assidue
 versatus, hostium cruore manus foederat, prohibitus est
 edificare Templum Domino: Salomon autem iustus, ut qui
 semper pacificus, & belli abstinentis fuit. Non quid igitur
 peccati arguitur David, qui Deo favente profuisset inimicos?
 Minime quidem, sed tamen idco aedificatio Templi
 illi interdictur, ut omnibus constet, quanti apud Deum mo-
 menti sit perpetua in homine pacis observatio, imperturbata
 quo tranquillitas. *1. Paral. 21.*

Multum laudandus est Deus, quando dat populo statum
 pacificum & quietum, sicut fuit tempore Salomonis, dixit Sa-
 lomon: Requiem dedit mihi Dominus per circuitum, non est
 Sathan, nec occursum mihi. Sequitur, Benedictus Dominus:
 & ob hanc postissimum causam templum Domino meruit edi-
 ficari, ut paulo ante diximus. *3. Reg. 5.*

Ezechias Rex Juda, cum responsum accepisset, thesauros,
 quos Babylonis gloria cupiditate ostentaverat, isdem
 futuros pradam, delicti confusus: Bonus est, inquit, sermo
 Domini: sit tantum pax, & veritas in diebus meis. Non
 negavit justum esse Dei adversum se iudicium, sed mala
 differri precatus est, non ob hoc, ne thesauros, sed ne
 thesaurus chariorum pacem amitteret. Et quoniam pro pace,
 non pro divitiis oravit, quoad visit postea hostem non vidit,
 Deo in posteros calamitatem illam, quam interminatam
 fuerat transferebat, ut monstraret, praeposendam esse opi-
 bus pacem. *A. Reg. 20.*

Boni homines habent pacem adinvicem, sed mali pugnant
 contra bonos, contraque malos alios. Unde inter Roboam &
 Offensum fuit Elia: Dominum non esse in grandi vento,
 nec in commotione, nec in igne, sed in sibilo aurae tenuis,
 hoc est in pace. *3. Reg. 1. l. 19.*

Benedixit Populus omnibus viris, qui se sponte obtule-
 rant, ut habitarent in Jerusalem, quae interpretatur visio pa-
 cis. *Nehem. 11.*

Misit Jonathas legatos ad Bacchidem, componere pa-
 cem cum eo, & tamen ipse Bacchides fuerat dux exerci-
 tus, in quo occubuit Judas Machabaeus frater Jonathae. *1.*
Machab. 9.

Rex Demetrius misit epistolam ad Jonathanem, verbis paci-
 ficis, ut magnificaret eum, dixit enim: Anticipemus pacem
 facere cum eo, priusquam fiat cum Alexandro adversum nos.
 Recordabitur enim omnium malorum, quae fecimus in eum.
1. Mach. 10.

Causa pacis, quae fuit tempore Oniae, pulchre describitur,
 videlicet idoneitas Praelati prudentis, & pii, & bonitas subdito-
 rum. *Machab. 3.*

Postquam debellatus fuit Lysias a Juda Machabaeo, libenter
 fecit pacem cum eo. Intelligens enim invictos esse Hebraeos,
 Dei omnipotentis auxilio nitentes, misit ad eos, promissi-
 que consentire omnibus, quae justa sunt, & regem compul-
 surum amicum fieri. *2. Mach. 11.*

Tantam pacem, & concordiam vult Dominus erga proxi-
 mos nos habere, ut dixerit Petro: Peccanti fratri non esse re-
 mittendum septies, sed usque septuaginta septies. *Matth. 10.*
Matth. 18.

Item discipulos Dominus pacem inter se habere praecepit. *F*
Marc. 9.

Pacem jussit per discipulos nuntiari. *Luc. 10.*

Pacem eis ante passionem reliquit. *Luc. 2.*

Post resurrectionem pacem obtulit. *Luc. 24.*

In tantum humanae pacis Christus studuit concordiae, ut
 unitatis merito omnia, quae a Deo peccanda sunt, impetranda
 esse confirmet: & ubi duo, vel tres pari spiritu, & voluntate
 collecti sunt, ibi fe medium eorum pollicetur futurum. *Hilar.*
sup. Matth.

S. Joannis Apostoli prima Epist. Catholica in eo est, ut
 charitatem, & pacem Christi membris commendat.

HISTORICA.

Gregorius Nazianzenus, Episcopus sui temporis ad pa-
 cem, & concordiam hortatus, subiecit: Si vobis ullo
 modo dissidia causa sum, Jonam Prophetam integritate vitae
 non supero. Proicit me in mare, & tumultuum tempe-
 state agitari desinet. Quicquid vobis visum fuerit, tame-
 G à culpa immutis, libenter perperat: si quidem hac ratione
 concordia vestra representari, ac refarci possit. Throno ex-
 turbate, urbe eicite. Tantum veritatem, & pacem, ut cum
 Zacharia loquar, amate. Valete sacri pastores, meorumque
 laborum memoriam perpetuam conservate. His dictis e con-
 cilio Constantinopolitano excessit in Capadociam, ubi diem
 extremum clausit, porrecturus. *Greg. Presbyter in vita*
Greg. Nazianz.

Cyrillus. Ego tum demum, inquit obtinere debere nos, &
 nomen, & rem ipsam pacis cenfeo, cum sanctorum sententias
 non adversamus, neque illorum decretis repugnamus. *Niceph.*
biff. Eccl. lib. 24. cap. 27.

Jovinianus Imp. Ego, inquit, contentionem odio profe-
 quor: eos, qui pacem colunt, & quarunt, complector amo-
 re, venerorque. *Socrat. Eccl. biff. l. 3. c. 21.*

Bernardus Clar. Abbas, aegrotans ad mortem suis inter
 multa dicebat. Tria vobis imitanda commendo, quae in
 stadio, quo cucurri, me pro possibilitate mea memini obser-
 vasse. 1. Minus sensui meo quam alterius credidi. 2.
 Laesus de laedente vindictam non expetivi. 3. Nemini scan-
 dalum facere volui: & si quando incidit, sedavi, ut
 potui. Quidam disticho haec exprimere voluisse videtur,
 nempe:

Nullum turbavi, discordes pacificavi,
 Laesus sustinui, nec mihi complacui.

Ubaldu Eugubinae urbis Episcopus. *¶ Vide infra Mi-
 racula divinitus patrata, &c. ubi etiam aliud exemplum ha-
 bes de Joanne Presbytero.*

Pasnuvio Abbati in solitudine vitam agenti revelatum est,
 quandam Heraclae illius regionis urbe sibi vite meritum esse
 parem, & quarens, invenit eum quidem & uxorem, & filios
 habere, sed post secundam susceptam prolem, castitatem cum
 ipsa servare, justitiae studere, pietatem colere, & hoc praecipue
 moris habere, ut si quos inter se odio distracto cognovisset, co-
 tinuo in gratiam reducere niteretur. Non fuisset (ut opinor) ci-
 vis ite tam religioso solitario comparandus, nisi hoc sibi vir-
 tutis genus adificasset, quo ille procul ab omnibus manens uti
 non poterat. Aliqua quippe cura in reconciliandis aliorum
 animis, indignationibusque leniendis urbanum hominem di-
 gnum

gnum fecit, qui sanctis eremi cultoribus esset aquandus. *Pal. lat. Hist. 64.*

Non immerito igitur Agathon Abbas gloriosus est, se nunquam cepisse somnum, nisi prius & suam adversus alios, & aliorum adversum se indignationem placando sopire: implem illud breve quidem, sed multa perfectionis preceptum: Diverte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Eundem dicere solum accepimus, Iracundos Deo, atque hominibus odio esse. Sicut enim humilitas pacem conservat, ita iracundia concitat lites, concordiam dissipat. *In vitis PP.*

Hinc & Joannes Monasterii in Scythi positi, cum ad Petrum Anachoritam visendum venisset, & ab eo quaereret, quantum in solitudine per annos xl. quibus in ea permanserat, proficisset, usque referret, quod sol omnia collustrans nunquam se conspexerit manducantem: nec me iratum, respondit: laud minoris meriti existimans non irasci, quam corpus quotidianis tenuere jejuniis, inediaque atterere. *In vitis PP.*

Pastor de Scythi Abbas, interrogatus super illud Evangelium: Qui irascitur fratri suo sine causa, solum iustae irae causam definit, separationem a Deo: ceteris quamlibet magnis iniuriis acceptis qui irascitur, cum sine causa irasci. Igitur cum offensis lacrimarum, meminisse debemus, nos non habere indignationis causam, sed patientiae. Ita fiet, ut pacem etiam cum inimicis habeamus. Non est enim cur illis irascamur, quos diligere, & pro quibus orare jubemur. Diligite, inquit Dominus, inimicos vestros, & benefacite illis, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus vos.

Cuius quidem precepti Benonem deserti Thebaidis Abbatem non immerito fuisse constat, cum nunquam visus sit iratus. Qui nemini irascitur, nonne semper in pace versatur? Profecto tametsi persecutiones sustinet, fatigantur persecutores odii simulis agitati: ille omnia aequanimiter serens, in spe praemii celestis conquiescit, dicente Domino: Mihi vindicta, & ego retribuam. *Palad. Hist. 49.*

Secularis quoque potentia in pace conservanda studium aeternae beatitudinis praemio est repensum. Edgato enim Britannici regni diadema suscipiente, Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, sibi divinitus praedictum audivit, pacem Britanniae futuram, quamdiu ille viveret. Igitur annos xvi. quibus regnavit, omnia in summa quiete, tranquillitateque fuerunt. Perpetuo quippe amicitiae foedere vicinos reges sibi devinxerat, piratas maris praedones terra submoverat, in feras etiam praedae avidas severus, ad Guidualo Gualdensium rege tributum exegit, annis singulis lupos xxx. venatione captos. Id servatum, donec illud bestiarum genus affluvis cadibus defecit. Nihil esse in regni finibus passus est, quod a pacis quiete foret alienum. Tantus ergo pacifici status amor ipsum usque ad quietem exivit semperiternam, & ad celestis regni gloriam sublatum inter Sanctos collocavit. Hunc imitentur terrarum Principes, & illorum, qui turbas cient, ferocitatem coercerent, bonos sibi concilient, in Deo persequantur, bello nihil aliud quam pacem querant, si Deo pacis placere, & ab eo pro tali bus factis, post terrentem regni successum, supernae quoque felicitatis recipere mercedem exoptant. *Osbervus, & alii in vita Dunstani. Sur. Tom. 3.*

Theodosius Imperator Constantinopoli degens, ubi Romanorum divinitus concessam victoriam rescivit, tam bonus, honestusque fuit, ut etiam secundis rebus suis, pacis tamen consilia caperet, & cum hostibus foedus inire vellet. Helionem Duxit decem illi sibi praeditum dignitate ad pacem cum Persis faciendam misit. Atque is postquam in Mesopotamiam pervenit, ubi Romani fossam altam, qua praesidio eis esset, duxerant, Maximinum virum preclarum, & eisdem cum Ardabutio dignitatis, qui de pace ageret, ad Persam legavit. Maximinus apud Regem se a Ducibus, non ab Imperatore ipso missum esse dixit. Illum enim bellum hoc nesciretque etiam id maxime sciret, parvi tamen faceret. Porro Varane legationem eam recipiente, quod sane maxima exercitus epus preme- retur, qui apud cum Immothales vocabantur (decem millium numerum ii, delectorum admodum & fortium virorum comple- x) eum adire: & ne prius pacem susciperet, quam impetum in Romanos partum cautos ipsi fecissent, admonuere. Qui- bus rex obsequutus, oratorem quidem in abdito loco clausum afferavit: Immothales autem illos infidibus Romanis struere iussit, qui bifariam divisi in medio partem quandam Romani exercitus non minquam, circumventum concludere voluerunt. Romani ad turmam hostium eam, quam conspexerant, conversi ferociter: nondum enim alteram, qua de repente

procurrerant, videbant. Et jam inter se acies concurrerant, cum Dei providentia, alia Romanorum copia ex colle quodam proficiens apparueret, Procopii ducis signa frequen- tes, qui cives suos in discrimen coniectos videns, contra Persas duxit, eosque a tergo aggressus est. Ita factum, ut qui paulo ante intercipere Romanos voluerint, ipsi ab illis intercipienti. Nostri omnibus illis occisis, ad eos inde, qui ex infidiis prodibant, conversi, & hic illis quoque pacis concesserunt. Ad hunc igitur modum qui apud Persas sunt Immothales, subito mortales omnes esse comperti sunt, ipso a Persis pœnas sumente Christo, propterea quod plurimos eius cultores infigni pietate praestantes acerba morte mulcavit. Rex autem Persarum elade accepta, nihil se earum rerum scire attulit, & oratore e custodia emissio, legationem recipit: pacem se, non ut Romanis gratificaretur, sed oratori ipsi, prudentia omnes excellenti, honorem cum haberet, complecti testatus. *Niceph. lib. 14. cap. 21.*

Cosroes Persarum Rex idololatra, multas Romanorum Provincias devastavit, immo & Hierosolyma vexillum crucis Dominicae abtulit, Heraclius Imperator octavo Imperii sui anno misit in Persidem legatos ad Cosroes, postulans pacem. Qui ipse ait eos dicens: *Non parcau vobis, donec Crucifixum Deum, quem esse fatemini, abegeritis, & Solem adoretis.* Heraclius autem duodecimo Imperii sui anno, contra dā omni malitia sua movit exercitum in Persidem, multaque prelia cum diversis ducibus committens, per sex annos Persidem devastavit, & vicis, occisioe Cosroes, septimo anno Constantinopolim, ablato a Perside vivifico Cruis ligno, rediit, moxque sequenti vernali tempore Hierosolimam tendit, pretiosum illud lignum reportans ad gratiarum Deo actiones referendas. *Ita Conradus Abbas Urspergensis in Chronico. Baron. tom. 8. anno Christi 617.*

De Alberto Austraciaco Belgarum Principe pio, & pacifico. *Vide Tit. Faminarum infra. s. Isabella, Clara, &c.*

MIRACULA DIVINITUS PATRATA OCCASIONE PACIS OBSTAT, VEL REPUDIATA.

Hic non pratermittendum, & pacem aliquando Deo volente, inter hostes concordiam animo miri, prout referunt Francorum annales: Mira itaque res, & stupenda obfideribus Francis, & obsessis a Carolo Northmannis quadam die occurrit. Nam XII. Kalend. Augusti post medium diem tenebroso subito caligo tota castra operuit, fulgure, & tonitru conrepante, & talis grandio, ut nullus antea mortalium se tale quid vidisse profiteretur, non ut solitum est, lapides descendere plena, & aequali superficie, sed cornuta, & inaequali, & aspera facie, omnibus cernentibus insolitum, & magnum praebuit spectaculum (mirabile, & incredibile dictu) ut vix grossitudo eorum potuerit pollice, & digito medio circumdari. Nam & ita equi itupescati fuerunt, ut efractis sudibus, & habentibus, partim extra castra, partim in castris errore, & stupore vertentur. Civitatis quoque, quam obsederant, propter impetum aeris, magna pars corruit, ita ut una cohors concervatim posset equitando ingredi, nisi vallo, quod circumerat, suspensa constaret. Igitur per tot dies obsident tam magnus exercitus aetivus in tempore, propter putredinem eadentium hominum agitudine correptus, & pertæsus est. Ita minus inclui simili molesta premebantur: sique in ea pax est didis conditionibus, quae obsessi sibi proficibus ab obsessis dentibus prater mortem acceperunt. *Ammion. lib. 5. cap. 61. & Regum. ann. 882. apud Baron. tom. 10. Annal. ann. Dom. 882.*

Qui pacis amantes sunt, non in se tantum, sed & in aliis, mentem irritatione alienant, quoquo modo possunt, emollire conantur. Ubaldo Eugubini urbis Episcopus, cum cives suos in fideionem verfos verbis placare non potuisset, & iam ad arma esset concursum: inermis inter tela, Aristofque mucrones irrumpens, humi prono corpore sese prostravit, nec exurrexit, donec illi faucium jacere rati, murus odia in unius miserationem converterissent. Jaces dirempt pugnam, quam stans nequeverat inhibere. Audacem autem, & periculum impavidum fecerat ipse pacis amor. Idem Eriderium Imperatorem Eugubinis infensum, iratumque, & ob id grave eris vestigal acceptis obfidibus imperantem, suppliciter adiens placavit, ita ut ille & pecuniam remitteret, & obfides restitueret, & ipsum ubi multo honore afficeret, discidendum deduci juberet. Sique pastor bonus in tanta ovium suarum trepidatione nunquam conquevit, donec res securas redderet, factus

factus ejus vix sperate pacis Imperator simul, & nuntius. *In vita S. Ubaldi, apud Sur. tom. 7.*

S. Ivo Presbyter, vir cum multis miraculis, cum in primis pietatis operibus clarus, dolens quendam cum matre non levi odio diffidere, postquam reconciliare nulla proffusa ratione posset, misale pro eis sacrificium obtulit Deo. Exinde nemine iam sollicitate, solo divino instinctu ita animis resipere, ut & hic filium se agnosceret, & illa matrem. Documento est, ut quos exhortando ad concordiam revocare non possumus, revocemus pro eis deprecando, quandoquidem non hominum, sed Dei donum est pax. *Mar. lib. 3. cap. 6.*

In ejusdem Ecclesiae dedicatione concionem fecerat S. VVolfstanus Episcopus VVigornientis ad populum, in qua multa de ceteris, plura de pace dixerat: Qua commoti nonnulli, qui digladiabili dissidebant odio, offensas utrimque donavere; unus erat, qui nullis admonitionibus, nullisque suadellis adduci poterit, ut fratris necem indulgeret inimico. Huic adducto in medium, & post multum sermonem pertinacissimè recusanti, eadem, qua referam, duxit dixit Episcopus: Dominus dixit in Evangelio, *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Constat ergo, quod si pacifici sunt beati, & filii Dei, discordantes sunt miseri, & filii diaboli. Illi igitur, cujus filius es, te commendo, & trado te satanae ad interitum carnis; iuxta preceptum Apostoli, ut Spiritus salvus fit in die Domini. Vix Sanctus sermone expleverat, cum miser ille mancipium hostile factus, coram omni plebe dentibus stridere, ipsas jacere, crimem rotare occipit. Postremo in terram elius, volubatur furens. Exoratus VVolfstanus, ut misereretur, distulit, sed pressus tandem, & lacrymis victus, jubet inimico, ut abeat. Ille discedit eadem facilitate, qua venerat. Reductus in mentem homo, conventusque ut delicti gratiam cederet, mira pacem negavit impudentia: Iterum ergo vexari, iterumque sanari iustus, inficiari perstitit. Tercio jam cum totis membris labefactus ex concussione demonis paene singuliret animam, pacem inquit, post hoc perpetuo usque ad mortem integer, & incolumis. *Willelm. Malmesburg. de gestis Pontif. Ang.*

Huic affinis est, quod in vita S. Bernardi lib. 4. cap. ult. habetur. Egrediebatur aliquando hic sanctus Abbas Metensium civitatem, & ex more devotus cum populus deducebat eum coram Episcopo Stephano, & fratre eius Remaldo Barrensi Comite, aliisque personis tam ex clericali, quam ex militari ordine multis. Interim causa extitit, ut rogaret nobilem virum Henricum de Salinis super verbo quoddam, quod ipse ei Episcopus, & alii, qui convenerat, fugerebant, ut videlicet Metensi civitati, & populo pacem daret, cui graviter inimicabatur. Ille vero renuere penitus coepit, & abjurare, nec ullis precibus flecti. Inter hæc supervenientes alii offerebant beato viro hominem furdum, obsecrantes, ut ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo succensus, sicut interdum ob causas necessarias terror quidam, & auctoritas supra hominem in ejus facie rutilabat, conversus ad militem: Tu nos, inquit, audire contemnis, quos continuo coram te audiet furdus. Et imponens manum homini, signavit eum, & in aures ejus digitos misit. Quo protinus audiente, pavens Henricus, & tremens, ruit ad pedes hominis Dei, humiliter facitaciens, & libere annuens, quicquid fuerat postulatus.

Cum S. Nortbertus Ordinis Præmonstratensis auctor primus, aliquando in villa Cobrois de pace, & concordia ad populum verba habuisset, fuit a concione delatus quidam, quem invidia tabes miserè confecerat, qui tamen viro sancto optimi momenti modo ad ore praebere volebat; immo cum acriori verborum stimulo premeretur, foras exiliens equum ascendit (erat enim miles) ut fuga se conspicit viri sancti proripere. Sed cum admotis equo calcibus fugam tentaret, equus in ipso vestigio immobilis perficit, proffusus ut omnium cachinnis miser exciperetur. Nortbertus interim precibus insistebat. Ad quem reverteris supplex miles sceleris suum agnovit, prostratoque in terram corpore veniam petit, & accipit. Sicque impletum est in eo, quod scriptum est, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. *In vita ejus cap. 15. apud Sur. tom. 2.*

In sanctorum Patrum historia legitimus, quod aliquando decertant gentiles adversus Christianos ruficos pro suis finibus: Erat autem multitudo utrorumque armatorum: quibus addidit Apollo pacem inter eos concilians. Ei autem restitit gentilium in pugna Princeps, qui erat vir gravis, & saevus: affirmabat autem, & dicebat se non esse daturum pacem usque

ad mortem. Is autem ei dicit: Atque adeo tibi fiat, quod elegisti. Nullus enim prater te occidetur. Tibi autem mortuo non erit terra sepulchrum, sed ventres ferarum, & vulturum te implebuntur. Atque adeo oratio est tunc protinus est fortita, cum ex utraque parte nullus sit interfectus, præter invencum. Quem etiam cum in arena tumulassent, manū invenerunt membra lanata ab hyanis, & vulturibus. Illi autem cum vidissent miraculum, & eventum ejus, quod dixerat, omnes servatorem deprecantes cum praedicabant prophetam. *Palad. in hist. Lausac. cap. 52.*

Venerabilis vir Jacobus de Vitriaco, ut multis adhuc notum est, crucem Hierosolymitanam ob salutem multorum in Brabantia praedicavit. Contigit autem, ut pacificaturus quadā die mortales inimicitias, injuriam passum, primò suppliciter, deinde prostratus pedibus ejus, semel, iterum, tertio cum multitudine populi praesente rogaret, nec proficeret in rebellem. Conversus igitur ad populum dixit: Palam omnibus confessor vos, quia qui spernit nos, spernit & eum, qui mittit nos. Rogate ergo Dominum, ut tale signum ostendat in hominem obfinitatum, quo cunctis praesentibus pateat cum hostiliter contra se in retentione odii contra proximum hoc egisse. Nec mora. Ubi vir sanctus orationem explevit, miser ille everfis oculis, semel, iterum, & tertio in terram corruit, oreque cruorem spumans & saniem, horrois maximum spectaculum, & piaculum omnibus praebuit. Tunc flente populo, vir reverendus sua prece prostratum erexit. Qui mox integerrimè sospitatus, ubi ante se inimicum vidit, quasi aliquid amicissimum rogaturus, cum lacrymis veniam petivit, ruenque in oscula ejus, ad lacrymas, & laudem Christi omnium corda commovit. *Thom. Cantipr. lib. 2. Apam. cap. 18. p. 2.*

MULIERES PACIS AMANTES, EAMQUE PROMOVENTES.

Memorable est ad hanc rem S. Monice divi Augustini matris exemplum: Nam inter dissidentes, atque discordes quadam animas, ubi poterat, tam fe praebat pacificam, ut cum ab utraque multa de invicem audiret amarissima, qualia solet cruciare turgens, atque indigesta discordia, quando praesenti amica de absente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum, nihil tamen alteri de altera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas valeret. *D. Aug. lib. 9. Confess. cap. 6.*

Neque decernunt nobis exempla illustrium heroinarum, qua in id unum incubuerunt ut dissidentes conciliarent, Pacem bello fugato adducerent. Idcirco antiquitas Fortunam muliebrem coluit, quod nonnunquam matronae leuissimae in dissidiis componendis insignem operam praestitissent. Certè

Fertur Amazonias Martem ts a nave puellas, Duraque fœmineas stringere tela manus, Armigera qua si laudem virtute merentur, Major composita gloria pacis erit.

Colendæ verò à Romanis Fortunae muliebri originem dederunt Veturia, & Volumia: Hæc enim filium, illa Coriolanum maritum à patriæ oppugnatione avertit.

Leonore Regine opera duo Alphonsi Reges Castellonensis, & Legionensis in gratiam redierunt.

Gilla nuptias Caroli Simplicis Gallorum Regis F. Dux Normandiæ Rollo ex hoste factus est Gener.

Isabella Hercules Ferrariz Ducis F. matrimonio cum Francisco Friderici Gonzagæ F. acerbissimis odiis finem imposuit.

Herfilia à marito Romulo imperavit, ut bellum contra Sabinos motum concordia extingueretur.

Theodelinda Longobardos ad pacem cum Romanis Imperatoribus faciendam prudentia sua adduxit.

Eleonora Austraciaca Francisco Galliarū Regi nuptum data, duarum Heroidum apud Cameracensis intervencu, pacis stabilimentum affinitatis vinculo colligavit.

Germana Ludovici XII. Gallorum Regis ex sorore N. comubio Ferdinandi Hispaniarum Regis pacem firmavit.

Maria Philippī Boni Burgundiæ Ducis N. nubens Carolo Aurlantiensi ostensioes omnes, & capitale odium sustulit.

Maria Henrici VIII. Anglorum Regis soror, Ludovicum XII. cum fratre pacavit.

Joanna Eduardi III. Anglorum item soror, Davidi Scotorum Regi conjuncta, ter decennale bellum pacem commutavit.

Beatrix ab Adio Atefimo in fratre in matrimonio Galeacio Vice-Comiti data, crudelissima dissidia, & arma simul posuit.

Certe Isabella Clara Eugenia Hispaniarum Infans, & Belgica Princeps, Alberto Austriae Principi Pio, & integerrimo tradita, nihil prius habuit, quam ut Provincias sibi creditas, & bellis pluraquam civilibus per annos L. pacatas, & concussas, pacis cum insolentissimo hoste inducis, in pace, & tranquillitate constitueret. Pacemque fugatam, & cum ea verum Dei cultum resisteret. Unde eidem in inauguratione inter alia adscripserunt S. P. Q. Antuerpiensis.

Famula blanda potest animo lenire feroces, Armatusque virum conciliare manus, Mox opus fessu est, queque hoc facit, illa virilis Corpore famineo pectora mentis habet. Tu vero Divum genus heroina, virago

Inclita, sexum animo vincis utrumque tuo. Ante hanc, ejusdem nominis Isabella, inter patrem Philippum IV. Gall. ac Eduardum Angliæ Reges, gravissimas inimicitias connubio diremit.

Etiams Isabelle Caroli VI. Gallorum Regis F. conjugio cum Richardo II. Angliæ Rege bellum pertinax conquievit.

Insuper Isabella filia, quæ Henricum Patrem Regem Christianissimum, & Philippum Regem Hispaniarum maritum, secundos sui nominis Reges, haustus utriusque regno nuptiis conciliavit.

Require nulla supra sub Pacis cultoribus. PACIS FALSÆ, ET SIMULATÆ EXEMPLA SACRA.

Est illa pax oppido quam fugienda, qua obtegitur dolus, sub qua latent insidia, fraudesque de improviso erupturæ cubant. Nemo plus nocet, quam qui simulat se profuturum: personam amici malignus induit, ut incautos ducat in focum. Lactat blanditiis, adulatione palpat, promissis alit, omni palam permulcet officio, & occulte gladium acuit, quo jugulet. De talibus per Jeremiam dicitur: Impii insidiantes quasi aculeos laqueos ponentes, & pedicas ad capiendum viros, sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plena dolo. His David spiritu sancto plenus imprecatur, dicens: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam ad inventionem ipsorum. Idem ab his circumventi formidans, orat Dominum, & ait: Ab homine iniquo, & dolofo erve me. Et iterum, Cuius modi de laqueo quem statuerunt mihi, & a scandalis operanti iniquitatem. Sed profecto sicut malum est ab injuriamodi hominibus irriteri, capique, ita pessimum eos velle imitari. Nam qui decipitur, imprudens est: qui decipit, injustus: alter misericordiam, alter meretur poenam.

Igitur quo utrumque facilius devitur, pauca adhuc id generis exempla subnectam. Licet enim nobis propositum sit de virtutibus tractare, expedit tamen interdum & vitii mentionem interfuerit. Abner filium Ner, qui (ut in Regum libro legimus) principibus Israel persuaserat, ut egesto Isobeth Saulis filio, regem sibi acciperent David in Hebron regnarem: cum ob hoc ipsum negotium illuc venisset, seque ipsi David federe junxisset, & re peracta jam discederet, Joab Davidici ductor exercitus ad colloquium revocatum interemit. Quid hac perfidia nequius? ut regis servus ejus amicis amicitia simulatione supplantet, atque occidat? & duplicis criminis reum se constituat, capitalis fraudis in Abner, summae ingratitude in David? 2. Reg. 3.

Idem Amasai collega suo cum obviam occurrisset: Salve, mi frater, inquit, faciem ad osculum applicuit, sicam ad laus, unoque icu miserum nihil timentem confecit, ob hoc solum, ne militaris gloriæ secum particeps esset. Illi invidit laudem, sibi perpetuam perfidiam comparavit notam, minus in hostem, quam in focum ferrox. Merito postea & ipse à Salomone rege occidit iustus, maligna impicitatis poenas dedit. 2. Reg. 20.

Godolias per Nabuchodonosor regem (sicut in Jeremia habetur) reliquis terræ Judææ profectus. Imaelcem Nathaniam filium à Bahal Ammonitarum rege ad se in Maphath misit, cum multis, qui cum illo venerant, ut socium & amicem domi per quam laute acceperat, pro charissimo habuerat, ab his, quibus suspectus erat, lædi prohibuerat. Ille tamen contra tot beneficia (sicut jam animo propositum habebat) incautum cum omnibus ferè, qui in Maphath erant, Judæis, ac Babylonis simul trucidavit, urbeque potitus est. Quod bellum quoque hac pace plus habuit crudelitatis: si pax dici debeat, qua nihil aliud nisi nocendi quaesita effusio. Jerem. 4. 1.

Nondum fama tam nefandi facinoris percrebuerat, &

idem Ismael inde digressus octoginta viros de Sichem, Silo, & Samaria Jerosolymam versus ad offerendam in Templo dona petentes, ut ad Godoliam divertentes, blandè, amiceque hortatus est. Nota erat Godoliam hospitalitas, quam obrem facile, quod volebat, persuadet, in urbem; perductos interemit: Sicque nequissimus hic impostor ore pacem præferbat, corde meditabatur carnificium. Nihil nocere potuisset, si quicumque se interim nociturum ostendisset. Non difficulter cavetur periculum, si patet: neque inimicus, si minatur. Ibid.

Antiochus quoque Eupator (ut in Machabæorum libro traditum est) cum Silon arcem loci natura munitam vi expugnare non potuisset, dolo aggressus est: Obsessis pacem jurat, obsidionem solvit. Sed intra mœnia receptus, omnia funditis everti jubet, non minus hostiliter agens, quam si iratus repente cum armis irrupisset. Quos igitur obsidio domare non poterat, simulata pax vicit. 1. Machab. 6.

Achimus Sacerdos cum pessimis ex Israel ad Demetrium Asiæ regem defecerat. Et coacto exercitu cum Bacchide regis Præfecto venerat contra Judam. Tunc Afulidæis, qui de stirpe Israel erant, amicum se ostendens, juravit nihil se mali illis illaturum. Sic deceptos, atque evocatos cum comprehendisset, LX. ex ipsis die una necidit. Nescio infelicis, an inconcultius confisio dixerim. Non enim erat cur crederent Sacerdoti etiam juranti, quem adversariorum partes secutum non ignorabant. Quomodo enim pejare homini timeret, qui apostatare à Deo non percurrit? 1. Machab. 7.

Triphon Antiochi adolescentis Syriæ regis Præpositus, dominandi cupidine incensus, Jonathæ, Israel duci socioque, & amico regis, quem sibi impedimento fore spectabat, quamprimum imponere deliberat. Ad ipsum venit in Bethsan, dona offert, Prolemaidem ei se traditurum spondet, utque eo secum peregre maturet, persuadet, cum non aliam ob causam se illum adisse diceret. Ingressus una cum eo in urbem, claudi portas, ipsum comprehendit, reliquos, qui cum illo venerant, ad unum cædi fecit. Acceptus deinde centum talentis, & duobus Jonathæ filiis, quæ, ut ipsum dimitteret, poposcerat, nequaquam dimisit, sed simul cum filiis interim iussit, Antiochum deinde Dominum suum, dum confabulando cum illo junctis lateribus incederet, transfigit, ac regnum occupat. Habebat sanè cum talibus pax, si Gulli unquam plus obtulit Triphon, quam iis, qui se illi credere. 1. Machab. 13.

Ptolemaus Abobi filius, Præfectus Jericho, Simonem Machabæum, filiosque ejus Mathathiam, & Judam hospitio suscepit, honore affecit, multoque luxu apparatus convivium dedit. Cæterum cum pasti, potique essent, apparatus gravatos, ac semifomnes cum armatis subfectoribus repente invasit, oppressit, occidit, mentas eorum tuore foedans, quos tam benigne convitaverat. Haud alia pax villæ esse solet cum porcis, quos ideo faginat, ut macet. Nostri interest, talium hominum & cavere dolo, & mores execrari, ac prorsus neque decipi, neque decipere velle. Aut si alterum necesse fuerit, pati mala, quam inferre, satius judicemus. Sustinendo autem, non vindicando injuriam pax paratur. Mach. 16.

HIEROGLYPHICUM PACIS.

In Æthiopia tantam ferunt anguinium copiam, & congeriem convenire, & in invicem in gyrum convolvit, ut procul aspicientibus montis speciem referant. Cujusmodi quidem anguinium complexus, & eorum concordia, ait Plinius, videtur esse causa, quare gentes extræ Caduceum in argumentum pacis circumdata anguinium effigie fecerint; neque enim critatos in caduceo effingebant. Pier. Val. l. 15. Ego vero hanc rationem existimaverim, quod Mercurius per viam inambulans, & duos angues reperiens inter se decertantes, interposita, quam manu gerbat, virga, eos dirimeret.

* Peccatum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Peccatum Græcè ἀμαρτία, vel ἀμαρτία, & ἀμαρτία peccator, & peccatrix: & ἀμαρτία, pecco dicitur. Est autem peccare, voluntate averti à Deo. secund. B. Thom. 1. part. quæst. 24. artic. 1.

Peccatum est actus devians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ. secund. B. Thom. 1. part. quæst. 1. & secund. quæst. 163. art. 1. & prima secund. quæst. 21. art. 1.

Peccatum

Peccatum nihil aliud est, secundum Augustinum, quam neglegentibus rebus æternis temporalia sectari. Ex Thoma 1. 2. q. 17. art. 6. & secund. quæst. 104. art. 3. Sive est transgressio legis. Item Aug. 1. 22. cont. Faust. c. 27.

Peccata est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam, secund. Augustin. ex B. Thoma prima secund. quæst. 71. art. 4. & q. 79. art. 1. Estque communissima definitio, in qua & ipsum formale peccati, & ratio indicatur.

Peccatum est prævaricatio legis divinæ, & cœlestium inobedientia præceptorum, secund. Ambros. ex B. Thom. prim. secund. q. 109. art. 4.

Peccatum est omne, quod est contra naturalem inclinationem, qua contrariatur legi naturæ, ex B. Thom. secund. quæst. 9. 133. art. 1.

Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, secund. Aug. de duabus animab. ex B. Thom. prima secund. q. 71. art. 6.

Peccatum est avertio ab incommutabili bono, & conversio indebita ad commutabile bonum, secund. Augustin. lib. de lib. arbit. art. 1.

Peccatum, Hebr. Cheti, Chete, Chataa, Chathath. Peccator, Chatta, Peccatores, Chataim. Peccata, Chathath, à verbo Chata, & Chata peccavit, desivit à via recta, deflexit, aberravit à recta sentit. Cognationem habet cum Natab, declinavit, & cum nomine Chuth, filium, significat enim filium consequi, sed aberrare. Hinc trahit spiritus, erro: erro, nocuum, culpa, noxa, Ch pronunciat, ut K.

Non est tamen idem peccatum, & vitium: quia vitium est nomen habitus mali, qui opponitur virtuti, ut est habitus: Peccatum est nomen operationis malæ, quæ opponitur operationi virtutis.

PECCATI PARTITIONES.

Partitiones peccati quinque communiter numerantur. Prima sumitur ab objectis, ac proinde specifica partitio est: Si quidem actiones ab objectis species sumunt. Ab objectis autem generatim duo ducuntur genera peccatorum, alia enim sunt peccata carnalia, alia spiritalia, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 7. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Est autem hac plena, atque perfecta partitio. Si quidem res omnes, ad quæ inordinatè convertitur, cum peccamus, aut sunt bona apprehensa sensibus carnis, ut cibis, potibus, concubitus, aut intelligentia, ut honor, potestas, divitiæ. Per conversionem ad priorem finem peccata carnalia, per conversionem ad posteriorem sunt peccata spiritalia. Illa nos reddunt similes belluis, ista dæmonibus; & Latine dicuntur illa flagitia, ista scelera, vel facinora.

Alterta partitio ducitur ab origine, dicuntur enim alia peccata actualia, alia originalia.

Actualia sunt, quæ propria voluntate committuntur. Originalia sunt, quæ trahuntur à primo parente Adamo, per carnalem propagationem, duoque voluntaria sunt, aliena, non propria voluntate.

Tertia partitio sumitur à lege. Dicuntur enim alia peccata commissiois, alia omissionis.

Commissiois peccata sunt, quæ pugnant cum lege negante, ac prohibente aliquid, ut adulterium, homicidium, furtum, quæ legibus illis repugnant; Non mœchaberis, non occides, non furaberis.

Omissionis verò ea peccata dicuntur, quæ violant leges affirmantes, & imperantes aliquid: ut cum quis parentibus debitum honorem non exhibet, contra illud: Honora parentes. Et quidem commissio, peccatum: omisso, delictum proprie dici solet, ut S. August. quæst. 20. in Leviticum, colligit ex cap. 7. Levitici, ubi alia sacrificia instituntur pro peccatis, alia pro delictis.

Quarta partitio sumitur ab eorum varietate, qui possunt peccatum læduntur. Alia enim peccata committuntur in Deum, alia in proximum, alia in nos ipsos. Adversus quæ peccata nos munit Apostolus, cum ait in epistola ad Titum cap. 2. Sobriè, iuste, & pie vivamus in hoc sæculo. Sobriè videlicet, quod nos iuste, quoad proximum; pie quoad Deum. Et Propheta David Psal. 50. adversus eadem peccata Spiritum S. spiritum rectum, spiritum principalem à Deo petebat.

Quarta partitio nascitur ex gravitate culparum, sive ex reatu poenæ, quæ peccantes consequitur. Dicuntur enim peccata quadam lethalia, alia venialia.

Lethalia sunt quæ hominem planè avertunt à Deo, & quibus poena debetur æterna.

L. B. Theat. vit. Humav. Tom. VI.

Venialia, quæ nonnihil impediunt cursum ad Deum, non tamen ab eo avertunt, & facili negotio expiatur; priora dicuntur crimina, posteriora peccata, ut S. August. movet in Enchirid. c. 64. ubi feribit, sine crimine iustos homines vivere, sine peccato non vivere.

Divisiones peccati Actualis plures sunt. 1. Est proprium, vel alienum. Proprium, quod nos ipsi committimus. Alienum, quod alius committit, sed non sine nobis, aut probantibus, aut consulentibus, aut juvantibus, aut conniventibus, & non impediuntibus, ac proinde etiam imputatur 1. Tim. 5. cap. 22. vers. 6.

2. Per se, vel per accidens: peccata per se, sunt omnia illa, quæ lege divina prohibentur. Per accidens sunt, aut actiones non renatorum, quæ præcepta quidem sunt à Deo: sed tamen Deo displicent, quia non sunt ex fide, nec fiunt ad hunc finem, ut Deus gloria afficiatur, & propter defectus, ac vitia in impiis concurrentia: aut actiones adiaphora, quæ fiunt cum scandalo, aut alioquin non ex fide, ad gloriam Dei.

3. Affectatum, vel inaffectatum. Affectatum, quod libera voluntate commissum est, sive ex mera malitia, & contumacia, sive alioque consentiente voluntate: cuiusmodi peccatum est voluntarium homicidium, adulterium in civitate perpetratum peccatum clamans. Inaffectatum, cum vel per coactionem irresistibilem, vel ex incogitantia, aut infirmitate factum est malum, vel per negligentiam bonum non factum.

4. Contra conscientiam, aut ignorantiam. Peccatum. Contra conscientiam, est cum quis sciens Dei voluntatem, contra eam facit. Ignorantiam, quando quid bene fieri potest, quod male sit: quale fuit peccatum multorum, qui Christum crucifixerunt, & Stephanum lapidatum: eorum item, de quibus loquitur Christus Joan. 16. 2. & Pauli Apostoli ante conversionem, ut ipsemet 1. Timoth. 1. 13. testatur.

5. Internum, vel externum, Internum, est mentis, voluntatis, & affectus, vel videlicet quævis cogitatio mala, dubitatio de Deo, de voluntate ejus, incredulitas, contemptus divinæ veritatis, &c. Externum, est cuiusvis dicti, vel facti, vel gestus, defectus, vel pravitas, repugnans legi, & voluntati Dei. Peccatum illud est occultum, vel manifestum, quod speciatim dicitur scandalum. De scandalalo autem titulus suo loco repositus est.

6. Spirituale, vel carnale. Spirituale, quo proprie insicitur spiritus, ut hæresis, atheismus, desperatio, &c. Carnale, quo corpus etiam contaminatur, aut corpore etiam perfitur, ut ebrietas, fornicatio, adulterium, &c.

7. Peccatum actuale, vel extra corpus est, vel in corpore proprio committitur. De hoc proluxè Apostolus 1. Cor. 6. 18. graviter dicitur.

RATIO FORMALIS PECCATI.

Non minima est questio inter Scholasticos Doctores, de ratione formali peccati commissiois: atque eo fit difficilior, quò magis in ea investiganda defudatur. Nam plerique eam in privatione, alii in malitia morali positiva, alii tam in positivo, quam privativo eam constituunt. Quibus opinionibus hoc loco præteritis, & rejectis ad Scholasticos Theologorum, maxime probabilem sententiam illorum censemus, qui rationem formalem Peccati constituunt in relatione dissonantia, sive inconvenientia cuiusdam cum natura rationali: eamque expressisse videtur Aug. 1. 22. cont. Faust. c. 27. in communi illa peccati definitione, qua dicit illud esse dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei æternam. Hac enim omnem H legem, & ipsam legum radicem comprehendit: omnis namque lex, tum naturalis, tum positiva cum Dei, tum hominum, ideo lex est, quia cum lege æterna congruat, quæ est ipsa Dei ratio summa, atque perfectissima regula: & complectitur ea definitio tam peccatum omissionis, quam commissiois: quia etiam illud contra legem æternam est, quatenus illi privative etiam opponitur. Neque iterum locum habet duntaxat in illis peccatis, quæ ante omnem prohibitionem mala ex se sunt, sed in iis quoque, quæ ex positiva legis præcepto mala sunt, quæ supposita lege, etiam relatione quadam dissonantia ad naturam rationalem referuntur.

CAUSA PECCATI.

QUAM IN DEUM REFERUNT HÆRETICI.

Hæreticorum tam recentium, quam veterum horrenda blasphemia fuit, ac etiam hodie perdurat apud nuper exortam illorum Calvinistarum turbam, qui Gommaritas, aut Contramonstrantes se nominant, Deum Opt. Max. cuius natura est bonitas, adeoque summum hominis bonum, & ultimum finis, esse causam primariam peccati. Quem errorem, ut alios plures, K velut

velut hereditarios acceperunt à Simone Mago omnium h- A teritorum principis, & Architecto, teste Vincentio Lirenensi in communis, aduers. Profanas vocum novitates. Eundem docuit Joan. Calvinus l.3. instit. c.23. §.5. & 7. cum dicit, Dei voluntate filios Adæ universos decidisse in illam, qua nunc ligati sunt, conditionis miseriam. Et infra. Deum non modo prævidisse primi hominis casum, & in eo ruinau postero- rum, sed arbitrio quoque suo dispensasse.

Quin lib.2. instit. c.4. §.3. reprehendit veterum sobrieta- tem, immo superstitionem, quod ausi non fuerint dicere, Deum peccata operari, & §.5. dicit, diabolum dum ad mala incitat hominem, vocari Dei spiritum, eo quod Dei sit instrumentum. Spiritus impurus, inquit, Dei spiritus vocatur, quia ad ejus nutum, potentiamque respondet, instrumentum magis ipsius in agendo, quam à seipso auctor.

Eodem spectantia habet alibi, ut potè l.1. c.18. l.3. c.23. ubi §.7.8. & seqq. vult Deum non tantum permittere, sed velle peccata.

Ibid. §.6. vult ex æterna Dei ordinatione, aut decreto factum B esse primum Adæ peccatum, & fieri omnia reliqua peccata.

Item alibi lib. c.4. §.2. & lib.1. cap.18. §.1. & alibi, dicit Deum præcipere peccata, quia, ut dicitur Jerem. 19. nec præcepit, nec locutus est.

Ibid. §.4. dicit, quod Deus hominem ad peccata compellat, aut impellat. Homo, inquit, impulso Dei impulsu agit, quod sibi non licet.

Gratianus Civilis in Semipelagianismo Grotii: Si sano modo accipias, ut forte illi senserunt, nihil habet absurdum, Deus vult, & facit nos peccare.

Joannes Urbanus, ut referunt Remonstrantes in statu contro- versie super primum articulum Synodo exhibitum: Cum Adam sit causa peccati, & Deus causa Adami, quomodo Deus non erit causa peccati?

Zanchius in Miscellaneis: Deus operatur omnia in omni- bus, non tantum in piis, sed etiam in impiis.

Martyr in 3. cap. iudicium: Deus homines ad suas pravas actiones incitat, seducit, trahit, jubet, indurat, deceptiones immittit, & quæ peccata gravia sunt, efficit.

C Trilandius, unus ex Synodiciis, in responsione sua super tri- bus Interrogationibus: Ipse Deus necessitat hominem ad peccatum, tali necessitate, qua fiat tam certo, ac infallibiliter peccatum, ut aliter fieri non possit.

Item in Defensione sua, & Declaratione dicit, Deum velle, & efficere, ut impij in suis cupiditatibus vivant.

In eadem Defensione, & Declaratione Trilandius, & in Concordia quinquaginta amplius Scripturarum Adrian. Smoutius, docent, quod Deus potenti directione, & ins- piratione sua cogat latronem ad occidendum, sicut Rex subditos cogit ad tributum, & sicut equus equum suum cogit, & im- pellit, quod voluerit.

Eandem impietatem tenent plerique omnes ex eadem Scho- la, non modo Deum arguentes injustitiam, dum peccata, quæ ipsi faciunt, in peccatore puniunt: ac tyrannidis, dum ideò in pec- cata hominem impellit, ut habeat quos puniat: sed etiam contra evidentiam, & expressa Scripturæ, quam semper obru- dunt, doquia, quæ asserunt, Deum nolle quemquam perire, nec velle iniquitatem, aut mortem impij. Immo omnes velle salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire. Etiam ad- D versus luculentam Patrum testimonium, quorum congeriem reperiet Lector apud Rob. Bellarm. l.2. cap.6. de statu peccati. Denique adverserit ac blasphemia rationi ipsi, qua constat, nihil odisse Deum eorum, quæ faciunt: & tamen punire pecca- ta, quæ ipsi tanquam auctor produceret, peccaret, & per consequens definiret esse Deum.

ETHNICORUM SENTENTIA. Nunquam autem Ethnicis tam impiè de Deo senserunt: quod tribus eorumdem testimonij confirmabo, unum est Mercurij Trimegisti in Pimandro c. ult. ubi legitur: A Deo factore, nihil turpe, nihil malum procedit. Fit enim suggestio per Diabolum: delectatio per carnem: consensu per spiritum: defensionis audacia per elationem. Qua- tuor modis peccatum perpetratur in corde, quantum consummatur in opere. In corde namque suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per Diabolum: delectatio per carnem: consensu per spiritum: defensionis audacia per elationem. Qua- tuor modis peccatum consummatur in opere: Præus namque latens culpa agit: postmodum etiam ante oculos ho- minum sine consensione reatus aperitur: deinde in consue- tudinem ducitur. Ad extremum quoque, vel falsæ spei de- ductionibus, vel obligationibus misera desperationis enu- tritur. Ibid. de summo bono.

EFFECTUS VARIJ. Communiter dicitur quatuor vulnera humana: natura in- inflicta, esse peccati, tum ex peccato primi hominis, tum pe- con-

malis differit, ita loquitur de malo mortali, quod propriè di- citur peccatum: Ejus inquit, nomen est improbitas, causam- E que ab eligentis arbitrio nascitur, Deo femper extra om- nem causam confituito.

PECCATI CAUSÆ PLURES. Igitur causæ peccati plures sunt. Primaria, & per se sola suf- ficiens est voluntas, quæ præter bonum commutabile incom- mutabili, sic ut peccatum eo magis, vel minus peccatum cen- setur, quo magis, vel minus à libera voluntate proficiscitur, usque adeò inquit S. August. l. de vera Relig. c. 14. Peccatum est voluntarium malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium, quin nihil propè est contra legem, nisi id quod est voluntarium: neque enim propriè lex datur, nisi ha- bentibus usum liberi arbitrii. Est ergo voluntas causæ princi- palis interna peccati, eaque proxima: Remota esse potest imaginatio, & appetitus sensitivus, unde nonnulli consensum voluntatis vocant patrem peccati.

Jacobus Apostolus dicit concupiscentiam parere peccatum, postquam conceperit, ubi loquitur de motu concupiscentiæ imperfectè voluntariò: ideòque non est peccatum consummatus, nec mortem generat. Et Paulus scribit, cupiditate esse radicem omnium malorum, quomodo etiam Ecclesiasticus, initium omnis peccati vult esse superbiam, ex eo quod quod- libet genus peccati ex illis natum fit sequi, nisi subtilius cum S. Thoma dicamus, superbiam dici initium peccati ordine in- tentionis, avaritiam ordine executionis, quævis id non sem- per obtineat. Timonis interim Ethnici sententia est, duo ma- lorum esse elementa, quæ sunt inquit, & passiva, & activa, id est, inextinguibilis opum cupiditas, & gloriæ appetentia.

Sunt alia causæ extrinsecæ peccati, quæ nempe movent ap- petitum, & rationem ad peccandum. De quibus Joannes in sua Canon. Omne quod in mundo est, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. 1. Epist. c.2. Quæ etiam vocantur à PP. objecta trillantia, & il- laqueantia animas: etiam unum peccatum est causa alterius, sed late fumendo nomen causæ quæ produci dispositionem, vel habitum ad ipsum inclinanciam.

Peccatum, quod ex peccato oritur, non jam peccatum tan- tummodo, sed & peccatum est, & poena peccati: quia iusto G iudicio Omnipotens Deus cor peccatis obnubilat: ut præ- cedentis peccati merito etiam in alia cadat: qui malum sciens perpetrat, deinceps iuste in alia etiam nolet cadat. Greg. l.24. moral.

SUBIECTUM, ET GRADUS. Peccatum est in voluntate sicut in subiecto, ac solus illius consensus sufficit, ut peccatum constituitur. In appetitu au- tem sensitivo secundum se sumpto, & absque respectu ad vo- luntatem, propriè non est peccatum, tanquam in subiecto, quia non est in appetitu sensitivo libertas sufficiens ad discer- nendum inter bonum, & malum: neque cognitio, quæ illa va- leat discernere, cum ratio boni non possit cognosci à facultate sensitiva, sed solum ab intellectiva, sive rationali.

Tribus gradibus ad peccatum pervenitur: Suggestione, De- lectione, Consensione. Itaque ipsius peccati tres sunt differ- rentiæ: in Corde, in Facto, & in Consuetudine, tanquam tres mortes. Una quasi in domo, cum corde consentitur libidini: altera quasi prolata jam extra portam, cum in factum procedit assensus: tertia, cum in consuetudinis malæ tanquam mole terrena premittitur animus, quasi in sepulchro jam pu- treus: quæ tria genera mortuorum Dominum suscipiisse, quisquis Evangelium legit, agnoscit. Aug. in l. de ser. in monte, & ponitur de poen. dist. 1.

Primum peccatum est, cogitasse, quæ mala sunt: secundum, cogitationibus acquiescisse: tertium, quod est dete- rius, opere complecti: quartum est peccatum, non facere pen- tentiam, & in suo complacere sibi delicto. Hier. l.1. in Amos. Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quantum consummatur in opere. In corde namque suggestione, de- lectione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per Diabolum: delectatio per carnem: consensu per spiritum: defensionis audacia per elationem. Qua- tuor modis peccatum consummatur in opere: Præus namque latens culpa agit: postmodum etiam ante oculos ho- minum sine consensione reatus aperitur: deinde in consue- tudinem ducitur. Ad extremum quoque, vel falsæ spei de- ductionibus, vel obligationibus misera desperationis enu- tritur. Ibid. de summo bono.

EFFECTUS VARIJ. Communiter dicitur quatuor vulnera humana: natura in- inflicta, esse peccati, tum ex peccato primi hominis, tum pe- con-

consequentia in peccatoribus actualia peccata committenti- bus. Suntque Infirmas, Ignorantia, Malitia, & Concupi- scentia, quævis peccatum originale fit causa istorum vulne- rum per remotionem justitiæ originalis, & donorum, quibus ratio adjuvabatur, & reliquæ potentie continebantur, nisi abique frano rationis ferrentur in quævis objecta. Actualia vero sunt, causa eorumdem per appositionem contrariæ in- clinationis, ut docet S. Thom. l.2. q.85. art.1. qui insuper docet, Peccatum etiam induxisse privationem modi, speciei, & ordinis, in quibus omne bonum consistere idem docuit l. p. q. 5. art. 5.

Mors etiam corporalis, alique defectus humanæ naturæ, effectus sunt peccati, non quidem per se, sed per accidens, re- movendo, prohibens videlicet originale iustitiam. Sic enim Deus ei comminatus legitur. In quacunque die comederis ex eo morte morieris. Vide à nobis dicta Tit. de Mortis causa in loco de morte. Item Tit. de iustitia originali. In loco de iustitia, & infra à Panæ varie.

MACULA. Certum est in homine post admissum peccatum manere aliquid, quod habet rationem culpæ, à quo verò dicitur pec- cator, quomodiù eam non delevit, & injulius, filius Iræ, &c. B Item certum est, perpetrato peccato in homine manere macula: quomodo dicitur Jos. 22. Usque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet. Et Apost. ad Eph. 5. dicit, Ecclesiis, quam Christus sibi exhibiturus est, fore gloriosam, non habentem maculam (scilicet peccati) ne- que rugam (nempe vultus): unde & peccata vocantur for- des, & inquinamenta.

Hæc macula secundum Thomistas, consistit in privatione habituali conformitatis cum lege: quæ etiam in homine ordi- nato ad finem supernaturalem importat privationem nitio- ris gratiæ, ut verè talis homo fit deturpatus coram oculis Dei, & illorum, quibus Deus voluit gratiam suam manifestare, ad eum modum, quo dicimus corpus esse maculatum, in quo deest aliquid decori, aut pulchritudo. Reliquæ videantur apud Commentatores in S. Thomam.

POENÆ VARIE IN GENERE. Quodcumque peccatum sequi reatum poenæ est certum de fide. Ita Dominus Matth. c.5. dicit: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: qui autem dixerit Racha, reus erit consilio, C qui verò dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Immo & im- pius dicitur se minatur. Matth. c. 15. Ite maledicti in ignem æternum. Quin ut rectè Cajetan. Nemo potest propter pec- catum puniri, nisi esset dignus punitione, quod est habere reatum poenæ. Vide Conc. Trid. sess. 6. can. 30. ubi definitur posse remisso peccato mortali, quoad culpam, & reatum poenæ æter- næ, remanere reatum poenæ temporalis. Est ergo reatus, sive obligatio ista ad poenam, quæ ex peccato nascitur titulus qui- dam moralis, qui est relatio quædam importans habitudinem ad poenam, idque non realis, quia poena non semper actu est, sed ratio, ut tenet Capreolus, & perique in q.87. l. 2. S. Tho. Et quidem peccato, quod vocant mortale, duæ poenæ respon- dent, Damni, & Sensus, quarum utraque æterna est, ut ex- centum Scripturæ locis locum ostenditur, estque de fide. Et asserit S. Thomas, poenam damni, quæ est carentia visionis beatificæ, respondere avertioni à Deo: poenam verò sensus, quæ percipitur sensu, conversioni ad bonum commutabile. Juxta illud Apoc. 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Peccatis autem levioribus, quæ venialia dicimus, inducuntur eadem poenæ, D sed temporales decantur. Vide quid infra de his dicitur, ubi particularem peccatorum venialium contra Mortalia distin- ctionem in medium adducemus.

IN PARTICULARI. EX S. SCRIPTURA. Quod peccatum causet in homine erubescenciam, patet per hoc, quod in statu innocentie erant primi parentes nudi, & non erubescerant, post peccatum verò, cum cognovissent se esse nudos, consueverunt solia fusa, & fecerunt sibi perizo- mata. Gen. 2.3.

Peccatum infamam peccatorem. Unde Adam post pecca- tum credebatur se abscondere à facie Domini. Gen. 3. Peccatum etiam facit hominem timidum. Unde Adam postquam peccavit, dixit: Timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Eodem.

Enormitas sceleris clamatur pro vindicta ad aures Dei, ut Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamavit ad me, &c. Et alibi: 19. Clamor Sodomorum. In poena temporali punit Domi- num peccatum quandoque, ut patet in Adam, & Eva, L. B. Vocat. vit. Human. Tom. VI.

Gen. 3. In Cain, Gen. 4. In Sodomis, cap. 19. Et in filiis Israel multoties. Tum & Joan. 5. Noli jam peccare, ne deterius tibi E aliquid contingat. Pharaon propter peccatum recognoscere se à Domino flagellatum, dicens: Peccavi in Domino, & in vos. Exod. 10. Fecerunt filii Israel malum in conspectu Domini, iratusque Dominus tradidit eos in manibus diripientium, qui ceperunt eos, & venderunt hostibus. Judic. 2. Peccatum ipsum peccantem quiescere non permittit, unde percussit cor David, priusquam numeratus est populus. 2. Reg. 24. Salomonem sapientissimum peccatum infatuavit, ipsius etiam famam maculavit, dedisti, maculam in gloria tua, &c. 2. Reg. 11. Postquam Joram rex Juda cepit ambulare per vias regum Israel peccatis, recessit Edom ab eo, & noluit ei tributum solvere consueta. 4. Reg. 10. Eccl. 47. 4. Reg. 8. 2. Par. 21. Dereliquerunt filii Israel Domini præceptum, & fecerunt sibi Deos confaliles, servieruntque Baal, &c. Sequitur: Trans- larus est Israel de terra sua. 4. Reg. 17. Fadum est verbum peccata Manasse universa, quæ fecit, & pro- pter sanguinem innoxium, quem effudit. 4. Reg. 24. Demones ponunt in vinculis peccatorem, sic fuit in vin- culis Joachim rex Juda, qui cum peccasset coram Domino, ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinculum duxit in Babylonem. 2. Par. ult. Noa historiam. Deserta est Jerusalem, & omnes urbes Juda, & non est ha- bitator in eis propter malitiam, quam fecerunt, ut me ad ira- cundiam provocarent. Consuetudine non casualiter allegari debet. Jer. 44. Tanta est gravitas peccati, quod dicitur Jerem. Non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum ves- titorum. Eodem. Propter peccatum debilitatur homo, peccavit Jerusalem propterea instabilis facta est. Unde Jeroboam servus Salomonis ausus est insurgere in Dominum post ipsius peccatum. Thren. 1. Reg. 11. Cum sanasset Dominus Jesus hominem languidum, in grabato jacentem, invenit eum in templo, & dixit: Ecce factus factus jam es, noli peccare, ne deterius aliquid tibi con- tingat. Joan. 5. Mulieri in adulterio deprehensa, & à Judæis coram Domi- no accusata, dixit Salvator noster: Vade, & amplius noli pec- care. Joan. 8. EXEMPLA HISTORICA. PUNITIONIS DIVINÆ PROPTER PECCATA. ITEM ENORMITATIS EORUMDEM. Anno Redemptoris 1056. Guntherus tunc temporis Can- cellarius Henrici II. Imperatoris, visionem vidit memoria dig- nam, Dominum in folio majestatis suæ residere, & elevato in altum brachio, districtum gladium magno nisu vibrare, & circumstantibus dicere: Reddam ultionem hostibus meis; & his, qui oderunt me, retribuam. Quam visionem protinus mortalitas sequuta est Principum regni. Eaque expleta, vidit eodem rursus schemate Dominum residere, & remisso jam in vaginam gladio, & super genua sua reclinato, dicere circum- stantibus: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima. Ex Lamber. Schafnaburg. Baron. tom. 11. an. 1056. 2. Antoninus refert. 4. p. sue Summæ, tit. 14. c. 6. §. 1. quod cum transiret per eremum Angelus in forma hominis cum quodam sancto eremita, obviam habuerunt. Quoddam ca- daver hominis, & quia valde fetebat, eremita nares obtura- vit cum chlamyde, ne foetorem sentiret. Angelus autem nihil tale egit: Postea obviam habentibus quendam pulchrum juve- nem vestibus ornatum redolentibus, Angelus claudit foriter nares, eremita autem minime. Sed miratus de actu, quare nares obturaret juxta juvenem transiens, cum ita esset pulcher, & redolens: non autem juxta illud cadaver ita marcidum, & feti- didum, respondit: Tu cum sis caro, sentis foetorem carnis: nos autem quia spiritus sumus, sentimus foetorem spirituum, qui procedit ex peccatis, quorum juvenis ille lascivus erat plenus, & ideo mihi fetebat. Cum autem Angeli boni sint nobis am- icissimi, & focii, debemus peccata timere, & cavere, ne eis abominabiles fiamus. Eudoxia Imperatrice Arcadii conjuge per suos nuncios, ac legatos, minas, & terrores sancto Joanni Chrysofomo Ar- chiepiscopo Constantinopolitano intendant, eo quod cu- piditatibus ejus iniquis sese opponeret: responsum est à suis, K 2 quos

quos miserat, legatis. Frustra illum hominem terres, nihil enim ille nisi peccatum time. *Simeon, Metaph. in vita S. C. bryssol.*
 S. Ludovicus Gallorum Rex, ab incute atate, hoc perfusum habebat, potius mori, quam peccare. Nec mirum: is enim fuit in omni sapientia rerum divinarum, ac bonorum morum, a devotissima regina Domina Blancha genitrice sua instructus, quz in animis puerilibus docebat eum timere Deum, & abstinere ab omni peccato, sic ut aliquando jam adolecenti cordialiter diceret: Quod potius vellet eum mori corporaliter, quam Deum suum aliquo mortali peccato offendere. *Laur. Sur. in vita ejus, Joan. Lud. Pivaldus in trañ. de tribus libris.*

Cum Diocletianus Imperator totus furore in Anastasiam virginem, & socias exardesceret, & ob suborta negotia Dulcilio prefecto earum mandasset examinationem, quod eas oportet punire, multa precepit. Dulcilius itaque cum malz naturz adjecisset alium Imperatoris mandatum, & iram maximè exacuisset, paratus erat suum inexplebilem animum exsatiare. Cum autem jam parata essent tormenta, & pro tribunali starent virgines, qui mente erat planè excruciente, repente cepit etiam esse cæcus oculis: vel potius cum videretur aspiceret, & non clausos haberet oculos, neminem videbat ex iis, qui aderant. Quo factum est, ut maxima ira incensus, tunc quidem, vel invitus eas abducere à tribunali: timuit enim, ne amplius aliquid pateretur, si adessent. Postea vero cum rursus essent conjunctæ in carcerem, & jam ad Deum hymnos dicere, & cantica psallere aggressæ essent, in animo quidem habuit irumpere, & ex improviso accedens, illarum venati, ut putabat, præstigiis, & incantationes. Divina autem voluntate ille quoque ab hoc arceat confilio. Cum enim à recta declinasset, & ad quandam propinquam delatus esset domunculam, quæ quidem custodiibus erat loco culinæ: hic cum in rafa culinaria, & ollas incidisset, & esset omnino emotæ mentis, & putaret se ipsas virgines habere in manibus, vultus ei quidem fuit repletus fulgine, vestis autem plena favillis, fumo, & tetro odore. Cum autem quæ in animo habebat, fecisset, ut existimavit, illinc est egressus omnibus ei subiectis extra fores expectantibus. Postquam vero illi eum viderunt, esse aliquod spectrum, aut monstrum opinati in fugam sunt conversi. Ille autem se contemptum putans, ut qui nondum sensit ea, quæ si ab acciderant, in regiam magna ira, & studio contendit, magnam rufum movens iis, qui videbant. Cum autem venisset in medium aule regiz, & fatellitum, & totus conturbatus quærit Imperatorem, ut qui de iis, qui sibi subiecti erant, esset aliquid dicturus, tanquam ab eis extrema affectus injuria, illi morionem aliquam, & securam, & mente captum, & quemvis potius ipsum, quam Prefectum existimantes Dulciliam, pugnis, & calcibus eum extrudebant, & arcebat ab ingressu. Postquam verò quidam ex eis, qui erant ei valde familiares, cum sero tandem, & vix virum cognovissent, & id, quod acciderat, concessissent, & insaniz miseri essent, eum domum abduxerunt, visum tamen est illic, quoque uxori, & liberis, & omnibus, qui domi erant, dedecus. Sed lucem adipicere, & veritatem agnoscere, ne sic quidem venit ei in mentem, sed id quod factum fuerat attribuens incantationi, vehementius adhuc, & insanius spirabat in virgines. *Alay. Lipam. tom. 5. ex Sim. Metaph. 25. Decemb. c. 12.*

Conspexit aliquando S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis puerum cum avicula in via ludentem. Quæ avis pedem filo annexum habens, sapè, cum laxus ire permittebatur, fuga sibi consulere cupiens avolare nittebatur. At puer filum manu tenens, retrahat usque ad se deiciebat: & hoc ingens gaudium illi erat. Factum est id frequentius. Quod pater aspiciebat miserè condidit avi, ac ut rupto filo, libertati redderet, operavit. Et ecce filum rumpitur, & avis avolat, puer plorat, pater exultat. Et vocatis nobis: Considerastis, inquit, jocum pueri? Et concessis considerasse, ait: Simili consideratione jocatur Diabolus cum multis hominibus, quos, suis laqueis irrecitos pro sua voluntate in diversa vitia pertrahit. Sunt enim quidem, ut verbi gratia dicam, aut avaticiz, aut luxuriz, & similibus flammis succensit, & ex magna consuetudine illis additi. His contingit aliquando, ut sua facta considerent, declinant, sequè amodo à talibus cessaturos sibi promittant. Et more avis se volare liberos autumant. Sed quia pravo usu irreciti ab hoste tenentur, volantes in eadem vitia deiciuntur. Fiquè hoc sæpius: nec omnimodis liberantur, nisi magno conatu, per respectum gratiz Dei, filum pravæ consuetudinis dirumpatur. *Edi. Anglus in ejus vita apud Sur. 23. April. lib. 2.*

Justinus Imperator, Ethernm simul, & Addæum principes

Senatus, qui res magnas sub Justiniano administraverat, lafa majestatis legibus interrogat. Atque Athetius in confessione graviter totus voluisse se veneno Imperatorem tollere, consilique eius consensum, atque in rebus omnibus sibi fuisse Adæum consilium esse. Hic autem gravi juramento se nihil earum rerum scire confirmavit. Verum utriusque caput amputatum. Adæus cum regis decessit, per meram calumniam crimen id obiectum esse, de quo accusatus esset, dixit: Vindicta autem divina, quæ omnia perficiat, se merito supplicium pati, propterea quod incantationibus quibusdam Theodotum aule Prefectum sustulerit. Sed enim quomodo hac ulsione celestis acta sunt, non est mihi dicere promptum. Ambo tamen nefarii, perniciosique fuerunt. Adæus quidem puerorum mascululorum corruptor, Athetius autem hypocrita magnus, qui per calumniam virorum, & mortuorum bona, imprudenter, atque crudeliter devorare, rapereque sub Imperatoris domus prætextu, cui sub Justiniano præfuit, solitus esset, ea re illi perquam utilis. Atque hæc quidem ad hunc modum sese habuerunt. *Nicoph. Call. lib. 17. Eccl. bryssol. c. 34.*

IGNIS VINDICTA PROPTER PECCATA.

Quomodo populus Constantinopolitanus incendii cladem, peccatis id exigentibus, è manibus Dei extorserit, audiamus Marcellinum ita loquentem ex actibus S. Danielis. Jam pridem (inquit auctor) principium habebat anni ambitus, & mensis infabat, quem vocant Romani Septembrem, in quo magni martyris Mamantis festum pi celebrant. Vespere ergo, quando festum à piis preparavit, & toa nocte agitur vigilia, simen accipit magni Danielis propheta: & repente in maxima, atque regia civitate incipit incendium: quod usque adeo est excitatum, & adeo invaluit, ut ferè univertam contriverit civitatem. Nam cepit quidem è muro, qui est prope mare, quem etiam nominavit navale: perivit autem usque ad forum Constantinianum, & pertigit ad portum Juliani, quasi mediam circumfisset civitatem. Quo in loco, & universa comprehensa sunt corpora: quæcunque verò fore comprehensibilia, facile perierunt. Et sic passus ignis in maximam crevit flammam: ceratque malum inculpabile: quippe cum quidquid ad opem ferendum afferretur, arqueretur nihil proficere. Quapropter multas quidem domos, multa autem templa, virosque, & mulierum proferit depalcens multitudinem: multi vero paribus, & membris corporis, qui in vaserat ignis, itam macillabantur, erantque semivivati, & media parte caeli, miserabiliores iis, qui omnino cum suis perierant. *Ex Ali. Dan. Syllia.*

Chum à Panmoni egressi, ut quidem serunt, in ipsa sanctæ Pasche vigilia, ad Metensem urbem reliqua depopulatio pervenit: stradentes urbem incendio, & populum in ore gladii cruciantes, ipsique Sacerdotes Domini ante sacro-fancta altaria perimentes. Nec remanet in ea locus inultus prætoratorum B. Stephanii primi martyris, ac Levitæ. De quo oratorio, quæ à quibusdam audivi, narrare non distuli. Ajunt enim, priusquam hi hostes venirent, vidisse se virum fidelem in vifta quasi confitentem cum sanctis Apostolis Petro, ac Paulo beatum Levitam Stephanum de hoc excedio, ac dicentem: Oro, Domini mei, ut non permittatis obtentu vestro Metensem urbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo parvitas meæ pignora continentur: sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi supererit, ut aliud fieri non possit, nisi civitas tradatur incendio, Hinc saltem, vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi ajunt: Vade in pace, dilectissime frater, oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vero vero non obtinebimus, quia Dominica sanctiois super eam sententia jam processit: invaluit enim peccatum populi, & clamor malitiz eorum ascendit coram Deo: ideo civitas hæc cremabitur incendio. Unde procul dubio est, quod horum obtentu, urbe vastata, oratorium permansit illatum. *Greg. Tur. lib. 2. bryssol. Franc. c. 6.*

Erat septimus post mille quadringentos à Christo annos, cum Stophon insignis Suetici emporium insigni de celo clade affligeretur: nam fulmine ractum oppidum vix totum conflagravit. Perierunt incendio ad mille sexcenti homines. At miserabilis est, quod sequitur. Fœmina plures, & sine numero puellæ navibus res suas invexerat cum parvulis. Aderant & viri non pauci. Prius quam solverent, ingruerat promissivum fulgur incendia declinans, & oppleta tanta multitudine navis subfederunt, merferuntque omnem illam multitudinem. Res calamitosa sine exemplo. *Albert. Cran. lib. 5. bryssol. Suetici c. 33.*

AQUARUM ILLUVIES.

A Propter hominum scelera etiam mare ipsum, cui non licet terminos constitutos egredi: accepta à Deo libertate, sapè suos fines egressum est crimina ulturnum: Quod Alexandrinis accidisse testatur Nicephorus: Sub Juliano, inquit, imperio decanta viginti illa urbi Alexandria accidit calamitas, cum mare vehementi rifu conculsit, & ultra suos progrefsum, ita diluvio aridam, & continentem terram inundavit, ut eo in locum suum regresso in restorum tegulis scaphaz marinez litu reperta. Unde Alexandrinis ab eo tempore, quo talis inundatio coorta est, diem festum eum peragentes faces multas in urbe accedunt, carminibusque, & gratiarum actionibus iram Dei supplices placant, & solemnitateque anniversariam cum insigni pietate, & religione observant. *Nicoph. Call. lib. 10. bryssol. Eccl. cap. 35.*

D. Hieronymus in vita S. Hilariionis, de eadem ira Dei multò adhuc explicitius scribit: Post Juliani, inquit, mortem terram totius orbis accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursus Deus diluvium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia. Naves ad prærupta montium B delata pependunt. Quod cum viderent Epidauritani frementes videlicet fluctus, & undarum molem, & montes gurgitum littoribus inferri, verentes quod jam evenisse cernebant, ne oppidum funditus subrueretur, rogarunt Hilariionem. Hic tria crucis signa cum pinxisset in sabulo maris, manuque contra tendens, incredibile dictu est, in quantum altitudinem intumescens mare ante eum ferebat, ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum sit.

DE MERISIO.

Non eget sanè instructis navigis pictas verè Christiana, nullis etenim fluctibus absorberi potest ille, quem Christus tuetur, qui sicis pedibus maritimos fluctus imbulavit. Fluctus etiam permeasset Petrus, nisi dubitasset: peccatum enim nec prosperis flatibus, nec instructissimis navigis securè navigat: omnia adventantur hominibus, quorum lepore reliquis omnibus oneribus graviore sunt. Id exemplo perficium faciem ex Sophronio, Palladius ipse narravit nobis: Audivi, inquit, nauclero quodam enarrant tale aliquid. Quod die quadam cum navigaret, vectores habens viros, & mulieres, venissetque in altum, ceteris omnibus bene navigantibus, aliis quidem Constantinopolim, aliis vero Alexandriam, & aliis alio, vento illis affante prospero, ipse solus navigare non poterat. Et manifestus, inquit, quasi dies quindecim, nihil ex eo loco, ubi eramus moti. Verfabamur igitur in magna mœsticia, & desperatione, nescientes quidnam istud sibi vellet. Ego vero, ut nauclerus, cui cura navis incumbere, & omnium, qui in ipsa erat, ceppi rogare Deum pro hac re. Quadam verò die venit ad me vox dicens: Mitte foras Mariam, & bene navigabis. Ceppi ergo cogitare, quid homo esset, & quæ esset Maria. Cum autem habitarem de hac, venit vox de novo dicens: Dixi tibi, Mitte foras Mariam, & salvi eritis. Tunc ego cogitans, quid istud esset, exclamavi continuo, O Maria, Nesciebam enim, quæ esset Maria. Illa vero, jacens in loco suo, ut audivit, respondit, dicens: Quid jubes Domine? Tunc ajo ad illam: Fac charitatem, vni hucusque. Exurgens autem continuo venit. Cum ergo venisset ad me, accepi eam secum, & dixi ei: Vides, Maria foror, quod peccata mea sunt, ut propter me vos omnes percauter? Illa vero altius ingemiscens, ait: Verè, Domine mi nauclere, & ego peccatrix sum: Et dixi illi, quæ peccata habes mulier? Et illa: Vix mihi, inquit, quia non est peccatum, quod ego non egerim, & propter peccata mea vos omnes in periculo constitui estis. Tunc enarravit mihi mulier, quæ circa se erant, dicens: Profecto, Domine nauclere, infelix ego virum habui, ex quo duos filios genui. Cumque ad ætatem pervenissent, unus annorum novem, alius quinquè, mortuus est vir meus, & remansi vidua. Miles autem quidam habitabat juxta me, quem ego maritum accipere volui, misique ad ipsum quosdam, ille autem non acceperit, dicens: Non accipio uxorem, quæ habeat ex altero viro filios. Ego autem videns, quod propter filios nollet me accipere uxorem, inducta amore eius, occidi duos filios meos, indicavique illi, dicens: Ecce modo nullum habeo filium. Miles verò cum audisset, quæ egissè de filiis, ait: Vivit Dominus, qui in cælis habitat, quia te non accipiam. Unde ego metuens, ne hoc malicis, ne sic quidem in mare proicere volui, sed differens dixi ad illam rursus: Ecce ego ascendo in carabum, & si ambulaverit navis, scito quia peccata mea in mari operantur. Voca-

L. B. Thear. vit. Human. Tom. VI.

vi que continuo scapharium, & dixi: Prode scapharium. Cumque ascendissem in illam, nihilo magis vel navis, vel scapha mota est. Tunc ascendens dixi mulieri: Descende & tu in scapham. Quæ mox, ut descendit, scapha se continuo quinque gyrans in profundum cum muliere submersa est: Navis autem post hæc tanta velocitate currit, ut tribus diebus, ac dimidio, navigationem peregerimus, quam diebus quindecim peracturi eramus. *Sophr. prat. spirit. c. 67.*

VENTURUM TEMPESTAS.

Anno Dom. 1017. in Parasceve post crucem adoratam, usque ad Sabbatum S. circa vesperam concussa est Roma à vi ventorum, & penè omnes Romani mortui sunt, tam Christiani, quam Judæi. Er quidam Judæus Christianis intimavit, quod in Parasceve in Synagoga Judæorum imaginem Christi deluserunt, sicut fecerant Domino parentes eorum. Quod Benedictus VIII. sollicitè inquirens, & probans, mox Judæos, qui hoc egerant, jussit decollari, quibus decollatis cessaverunt venti. *Baron. tom. II. Annal. anno 1017. ex bryssol. Aquitanica.*

APUM PERSECUTIO.

Fur nocturnus apum alvearia furatus erat, quæ juris Ecclesiæ S. Medardi erant. Illæ, collecto agmine, furentem aggressæ in fugam verterunt, aculeatis stimulis hominem pungentes, nec dimittentes, donec ad ipsum S. Medardum ipse totus vulneratus pervenisset, adhuc undequaque apibus circumseptus, quo cum vellet, nollet, pervenisset, provolutus ad S. Medardi vestigia supplex sibi admittit crimen dimitti postulavit. Medardus pro sua clementia ignovit efflagitanti, manumque extendens benedictionem signo crucis edito, ut Episcoporum mos est, ei absolutionis signum impendit. Apes velut non ignara Episcopalem benedictionem homini crimen abrogasse, & Ecclesiæ reconciliatum hominem, non esse ulterius desatigandum, à molestia cessarunt, dimissoque homine, velut parentes Medardi jussis, in loca sua redierunt. *Fortunat. presb. in vita S. Medardi, apud Sur. tom. 3.*

MUSCARUM VINDICTÆ.

Nullum adeo exiguum, & imbecillum animal est, quod non possit contra peccantem hominem esse potentissimus hostis. Nam id fiet maxime perspicuum eo miraculo, quod in Hispania accidit anno Dom. 1286. sub Petro rege Aragonum, quando capta Gerunda per Carolum Siciliæ, & Philippum Francorum reges, ex sepulchro S. Narcissi, quod violare attentaverant milites, muscarum examen egressum, in exercitum infecto agmine irruens, ingentem cladem intulit, & in fugam egit, à ceptis que desistere cogit. Unde apud eos in proverbium abierunt Musca S. Narcissi. *Ex An. Hist. Bar. in Martyr. 18. Mar.*

MURTIUM.

Anno Dom. 967. VIIhelmus Archiepiscopus Moguntinus, tempore Imperatoris Ottonis II. obiit. In cujus locum Hatto Abbas Fuldenfis hujus nominis secundus ordinatus est Archiepiscopus, qui ferunt tempore famis magnam multitudinem pauperum mendicantium in uno horreo concremassè, quasi ipsi inducerent famem super regionem suam mendicantem, & otio, volens in hoc consuleret tam eorum inopia, quam utilitati communi. Unde ajunt, quod tertio anno nondum completo, in Archiepiscopatum divina animadversiois vindicta in eum procefferit, eumque mirabilis, & prius inaudito multis genere supplicii satis puniebat. Tanta enim turba murium undequaque prorumpens in eum glomerata irruisse dicitur, ut quocunque se verteret, istiusmodi bestiolarum moribus premeretur: si erat in alto, vel eminentiori quolibet loco, mures per parietes ascendebant: si verò inclulus, per rimulas intrabant, eumque infinita multitudine mordebant, lacerabant, ac devorare penitus gestiebant. Quarum tanta fuit importunitas, ut quando repellentur impetu, tanto majori furore incurfabant: cumque se in terra tutum nunquam conspiceret Pontifex, jam miserandum aquarum se minime cimitæ, ac juxta oppidum Binghamum turrim in medio Rheni, ad custodiam patriæ olim constructam, scapha subvectus ascendit, sperans eo loco mures per undosi fluminis raptum nullatenus esse venturos: sed non est locus, quo suam divina potestas prohibeat exercere vindictam. Natantes per aquas infinita multitudine denuo mures turrim per muros ascendunt, intrant; Pontificem inquietant, rodunt, infestant; tandemque eorum nimia multitudine obrutum miserabiliter necant. Turris autem in Rheni fluminis medio nomen retinens a casu, Murium turris dicitur, in qua Hatto Pontifex ab ipsis consumptus bestiolis peribetur. *Joan. Tribem in Chron. monast. Hirsau. ad ann. 967.*

Vide in loco de Impietate filiorum Morie, & Muribus nonnulla.

Sunt tamen, qui historiam Hætonis, velut dubie fidei non abque ratione scribant: quorum rationes Vide in loco de Paupertate, Tit. Duritia in pauperes, ubi eadem historia repetitur.

LOCUSTARUM.

Anno Dom. 1541. locustarum lues permagna fuit in Polonia, Surtio teste. Fuit (inquit) hoc anno incredibilis multitudo ingentium locustarum in regionibus Poloniz regno finitimis. Hæc primò nullas habebant alas, sed magnos dabant saltus, paulò post adeptæ sunt: tantaque multitudine provolarunt, ut duo miliaria in longum, & latum cubito tenus ita occuparent, ut solis quoque splendorem à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent. Transvolabant aquas, arbores, ædes, & obvia quæcunque. Cùm alæ succrevissent erant magnitudine humani digiti, & tunc atrocius grassabantur in fruges, & ea, quæ in usus hominum necessario gignit humus. Tota B astate nulla, neque vi, neque arte earum sævitia retardari poterit, sed in autumno denique celo frigiditate extinctæ sunt, aut post se relicto femine, unde proximo anno alii vermes orti sunt. Fuit ea proculdubio plaga, & animadversio Dei in hominum peccata: putat æque non ab similes fuisse Ægyptiis illis, quarum in Exodo fit mentio. Exiteruntque primò in Valachia, cunctaque in circuitu Leopolum usque miliaribus circiter sexaginta ad solium usque devorarunt. Laur. Sur. in Chron. an. 1541.

PEDICULORUM.

Arnulphus Cæsar, Filius naturalis Carolomanni Regis Bavariz, & Ducis Carinthiz, rebus secundis elatus, omnia viribus sua accepta retulit. Deum Opt. Max. non agnovit, neque dignè, ut deceat Christianum Principem, obsequia præstitit. Pæstus, dum in Italia bellum gereret, sacerdotes victos trahi, virgines suppari, conjugata opprimi, templa spoliari, & in iis res veneras exerceri impune. Ad hæc cum Zuendebaldum Marahenium Regem debellaret, Hungaros gentem perfidam, & Christianæ religionis hostem, ut sibi resistenter opprimeret, advocavit. Quo factum est, ut hæc gens universam Germaniam crudelissimis afficeret populationibus, ac suppliciis: Itaque iratus Deus eum, ut Herodem, verbibus punivit. Eo miseriarum iusto Dei iudicio lapsus est ob impietates excæcatus. Dum Camerinum Guidonis Comitissæ castrum natura, & vocabulo firmum, in quo ejus uxor quidem erat, licet Guido aliis incertis quibusdam locis lateret, vallo circumdaret, atque obsideret. Uxor Guidonis in angustiis constituta, ut est muliere ingenium ad omnia scelera excogitanda promptum, videns omnem illi spem evadendi negatam, familiarissimum quandam Alicum Arnulphi Imperatoris muneribus magnis corrupens, accessit ab eo auxilium, ut liberetur obfisione, petens. Qui nullum auxilium se præstare sateat, nisi Domino suo regi civitatem tribuat. Quod & ipsa promittit, & auri magna pondera simul donat. Sed feritate Imperatoris exhorrens, dicit se poculum habere, quo homines levi dicto citius placantur. Hæc ait potio (poculum manus gestabat) tristitiam discit, lætitiã, amores, festivitatem, ludos D jocoseque, & omnia gaudia menti afferit. Eo mariti mei animum ludentem ad sanitatem revoco, & Cæsaris animum in me immerita ita succentur placare cupio. Et ut fidem rei faciat, quod sine noxa tum possit, servum placatus, & sanus, validus, vigenisque brevi spatio discessit. Accipit poculum, & simul auri talenta familiaris Arnulphi Regieque propinat, ut mens feritate mulceat. Arnulphus accepto pharmaco, in somnum relapsus, triduo excitari, seu lethargo gravi percussus nullo strepitu potuit. Excitatus, aperitis oculis nihil sensit, nihil loquitur, veluti mutus jacuit, mugitum quandam edens. Deinde paulatim Italiam relinquens, & ad propria reversus, turpissima valetudine correptus, ex hac potione corpus est tabefactum. Nam minutus vermiculis, qui pediculi nominantur, corpus adeo faturiebatur, ut nullis medicorum curis minui posset. Cùm igitur nullum posset huic afferri remedium, in die magis invalescente agitudine, delatus Ratisbonam, moritur in oppido Bavaria Ottinga III. Kalend. Decemb. Anno salutis humane cōdingentesimo nonagesimo nono, in Basilicæ sancti Emerani sepultus. Joan. Cuspinian. A. D. in Arnulpho anno 899.

PECCATORUM DISPARITAS, UBI DE PECCATO MORTALI, ET VENIALI.

Stoicorum Secta, quam Jovinianus hæreticus secutus hic fuit, docebat omnia peccata esse æqualia, adeoque nullum esse in eis, quoad culpæ gravitatem discrimen. Idem docuerunt Pelagiani, ut testatur August. lib. de hæres. c. 82. & 88. tom. 5. oper. Hieron. lib. 2. cont. Jovinian. Lutherus idem asseruit art. 32. assertionis articulo suorum, & alibi.

Calvinus secutus VVicleffum lib. 3. Infit. c. 2. §. 11. ait reproborum peccata esse paria, uti & electorum, quæ sunt venialia duntaxat, ex quo illi manent cum fide, quæ semel habita amitti non potest: eaque quamvis justam opprobrii mercedem mereantur, adeoque de se damnatione æterna sint digna, tamen à Deo non imputantur. Hæc Calvinus variis in locis.

Contra hos errores stabilis est Catholicorum veritas; Peccata non esse paria, sed quædam ex natura sua, nulla habita ratione ad prædestinationem, vel reprobationem, statum reatorum, vel non reatorum, mortalia esse, alia venialia: Et quidem priora reddere hominem indignum amicitia Dei, & constituere eum æternæ damnationis: Per posteriora verò temporale dumtaxat supplicium, & paternæ castigationis incurri reatum.

De mortalibus plena sunt Scripturæ, quoties fit eorum mentio, per quæ amittitur regnum celorum, ad Rom. 1. prima ad Corinth. 6. Galat. 5. Matth. 5. 18. 25. &c. quæ privant se committentem gratia, & amicitia Dei.

Dari etiam venialia peccata, quæ secundum se amicitiam cum Deo, & charitatem, quæ animæ vita est, non auferunt, quamvis non nihil imminuat, & consequenter venia digna sunt, est insuper evidens ex Scriptura Matth. 5. ubi Christus assignat aliqua peccata, quæ non sunt digna pena æterna: Et Paulus quædam etiam enumerat, à quibus salvis quis fiat quasi per ignem. 1. Corinth. 3. Et passim dicitur justis septies in die cadere, & nos ipsos seducere, cum dicimus nos non habere peccatum. 1. Joan. 3. Reddendam quoque rationem de verbo otioso: & ita definitur Concil. Milevitano. c. 6. 7. & 8. Trident. sess. 6. de sacr. de just. c. 11.

Discrimen autem inter veniale, & mortale peccatum in eo consistit, quod mortale habeat tam ex parte objecti, five materiz, quam modi, quo committitur, totum quod requiritur, ut sit gravis Dei offensa, qua illius amicitia tollatur: consistit enim in averfione ab ultimo fine, & inordinatione, ac ita E gerit is, qui illud committit, ac si vellet in æternum damnari, Deumque sibi habere offensum; idque non expresse quidem, sed virtualiter, & interpretative, non adhibendo media, quibus ea removeantur, vel faciendo id, per quod ea consequatur.

Peccatum autem veniale, propter defectum aliquem illo- rum, quæ diximus constituere mortale, est offensa levis, & non dissolvit amicitiam cum Deo.

PECCATI VENIALIS PARTITIONES.

Ut melius discernatur inter peccatum mortale, & veniale, quantumque opus aliquod propter malitiam gravitatem, quam habet, repugnet charitati, qua in ultimum finem ordinatur, solent à Theologis proponi variz Peccati venialis divisiones, five partitiones. Dum dicuntur Peccata venialia alia esse à causa, alia ab eventu, quædam ex natura sua, five ratione peccati.

Peccatum veniale à Causa dicitur, quod ex ignorantia, vel ex infirmitate committitur. Quod peccatum non dicitur veniale, ut distinguitur contra quodcumque mortale, sed contra mortale, quod vocat ex malitia. Et quamvis talia sint plerumque mortalia, tamen ita facta minus habent privativitatis, suntque viciniora indulgentiæ, quomodo dicit Paulus de hisse blasphemum, & persecutorem, at inquit, ignorans feci in incredulitate, idcirco misericordiam dei consecutum. 1. ad Timoth. c. 1. testatur.

Peccatum veniale ab Evento dicitur id, quod per penitentiam expiatur, juxta illud S. Ambrosii in lib. de Paradiso, c. 14. Venialis culpa, quam sequitur professio delictorum.

Qua significatione videtur accepisse S. Augustinus veniale peccatum in lib. de Civitate Dei cap. ult. cum ait: Nunc verò dum venialis iniquitatis etiam perferre, ignoratur modus, profectò & studium in meliora proficiendi, orationi instando vigilantibus adhibetur, & faciendi de mamma iniquitatis sanctos amicos cura non spernitur.

Eadem notione usus est. Auct. or. libri de vera, & falsa penitentia, c. 18. qui scripsit peccata per penitentiam fieri venialia. Hæc quoque venialia non opponuntur absolute mortalibus, sed iis, quæ reipsum nunquam remittuntur, ac per hoc ad mortem perducent æternam.

Peccata

Peccata venialia ex natura, & ratione peccati dicuntur A ea, quæ non sunt contraria charitati Dei, & proximi, quæque proximi, & absolute mortalibus opponuntur. De venialibus primò, & secundi generis nulla controversia est. Nemo est enim, qui neget, peccata alia ex ignorantia, vel infirmitate, alia ex malitia posse committi, & rursus alia per penitentiam expiari. De venialibus tertii generis est tota quaestio: Quæ venialia rursus in duo genera dividuntur. Alia enim dicuntur venialia ex genere suo, alia ex imperfectione operis.

Venialia ex genere suo dicuntur ea, quæ habent pro obiecto rem malam, & inordinatam, sed quæ charitati Dei, vel proximi non repugnet, quale est verbum otiosum, risus nimius, & alia id genus: & his contraria sunt peccata mortalia ex genere suo, ut perjurium, adulterium, & similia, quæ aperte cum charitate Dei, vel proximi pugnant.

Venialia ex Imperfectione operis ea sunt, quæ tametsi ex genere suo mortalia esse possent, tamen ob imperfectionem operis venialia efficiuntur, quæ videlicet sola imperfectio operis facit, ut cum charitate agere non judicentur. His verò contraria sunt peccata ex parte agentis, quæ quidem ex genere suo venialia esse potuissent, & tamen ex dispositione peccatis mortalia sunt: tale peccatum esset, si quis adeo delectaretur otiosis confabulationibus, ut paratus esset in iis tempore contere, etiam cum ex divino præcepto aliquid aliud ei necessario faciendum incumbere.

Rursus peccata venialia ex imperfectione operis in duo membra scitari solent, alia enim dicuntur venialia ex subreptione, alia ex parvitate materiz.

Ex Subreptione dicuntur ea, quæ non sunt perfecte voluntaria, quales sunt subiti motus cupiditatis, iræ, invidentiæ, & alii similes, qui prius in animo existunt, quam ratio planè de- liberare poterit, essent necne admittendi; qui quidem & peccata sunt, cum prævenit, aut continuo repelli potuissent, si ratio vigilasset: tamen venialia sunt, cum pleno voluntatis assensu caruerint.

Ex Materiz Parvitate dicuntur ea, quæ in re parva, ac levi committuntur, quale esset furtum unius oboli, quod neque proximum notabiliter lædit, neque ejusmodi est, ut apud æquos homines amicitiam tollere queat.

PECCATI ENORMITAS, ET TURPITUDO IN GENERE.

Christus Dominus, qui infirmitates humanas tulit, pauper- Cratem profectus est: ignorantiam opinionem non excusavit, cum obiectetur, quod literas non didicisset; solum peccatum, aut peccati suspitionem exhorruit. Provocat ad verberarios, invidios, atque malevolos, id est, oculatissimos, Quis ex vobis arguet me de peccato? nec minimam peccati notam, maculam, aut labem sibi aspergi patitur. Talis enim dicebat, ait Apost. ad Hebr. 7. ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelso cœlis factus.

Erunt autem peccati turpitudi, & damnum maximum, quod adducit, ex eo quod omni bono opponitur, ut illi, honesto, delectabili, idcirco summum malum est. Utli opponitur, quia maxime damnosum, ut quod summo bono nos privat, qui Deus est. Peccata vestra dividerunt inter me, & vos. Iste & 99.

Hoc autem quale, quam inexplicabile damnum est? Sicut D ad verus viduam omnes ferè insurgunt, quia neminem habet, qui eam defendat: sic omnes demones, & omnes creature insurgunt adversus animam Deo destitutam, ut testatur Prophetæ David Ps. 79. Qui quærebant animam meam, concilium fecerunt in unum, dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.

Adulteri, inquit B. Jacobus, nescitis, quia amicitia hujus mundi inimica est Dei?

Et Crystost. de providentia Dei l. 3. Peccata separant à nobis Deum, consistuntque nobis illum inimicum.

Neque solum Deum à nobis repellit, sed & Angelicam cunctissimam abigit. Docet id S. Basilius boni in Psal. 33. veluti fumus abigit apes, & foæus odor columbas expellit; sic Angelum vite nostræ custodem abigit gravolens peccatum.

Certe eum Hierosolyma à Romanis obsidenda erat (in qua obfidione everti est) paulo antequam Vespasianus cum exercitu veniret, audita vox Angelorum est: Migremus hinc, ut scribit Joseph. de bello Judæico lib. 7. c. 12.

Porro uno peccato omnia alia bona opera nobis perire, & L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

nullum emolumentum adferre, docet Apostolus 1. ad Corinth. 13. his verbis: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam (quæ duo maxima sunt virtutum opera) charitatem autem non habuero (quia exiit omnis, qui lethaler peccat) nihil mihi prodest.

Merito S. Basilus Cyprianus sermone 5. de lapsis scripsit. Hoc sunt peccata lapsis, quod grandis frugibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armenis pestilens vastitas, quod navigiis sæva tempestas. Omnes scilicet bonorum operum fructus destruit, animi facultates corrumpit, totum hominem ad interitum ducit. Quasi romphaa bis acuta omnis iniquitas plagæ illius non est sanitas, ait Eccles. c. 21.

Accedunt ad hæc maxima damna, quod ipsa anima per peccatum ita vel debilitatur, vel corrumpitur, ut vires, ac facultates non gratia tantum divinæ auferat, sed naturales quoque vehementer imminuat. Quemadmodum per morbum (ait S. Basilius) in corpore appetitus dejectio, & ciborum insuave fastidium, sic in animo citra explenda mandata Dei, pigritia, ac lenitudo ex peccato generatur.

Hinc & D. Gregor. in Ezech. hom. 11. Peccatum suo pondere in aliud trahit, nisi penitentia deleatur. Hanc ob causam vocatur à Zachar. Propheta cap. 5. talentum plumbi: ita hominem deorsum tendere facit, & in terra depressum tenet.

Hinc quoque S. Bonaventura in dieta salut. c. 2. peccatum putredim in fructibus, aut carnibus comparat. Sicut putredo, inquit, auferit pomum decorem, colorem, odorem, & saporem; sic peccatum auferit animæ decorem vite, odorem famæ, valorem gratiæ, & saporem gloriæ.

Diximus de bono utili, nunc quantum etiam honesto contrarium attendendum. Turpitudi peccati ex eo solo se ad oculum manifestat, digitoque palpandam præbet, quod semper latere vult, & latebras quarit, juxta illud Salvatoris Joan. 3. Qui malè agit, odit lucem; & non venit ad lucem, ne arguantur opera ejus.

Adam ubi primùm peccavit, sese abscondit à facie Dei, & cooperuit se foliis ficis, & fecit sibi perizonata. Cùm David uxorem Uriæ violasset, eaque concepisset, vide quod modis regere conatur peccatum. Uriam ab exercitu ad se vocat; in domum suam eat, jubetur; cibo regio altus, & inebriatur, ut uxoris desiderio incalescat: cūque nihil horum succederet, bonus Urias præcepto regis interficitur. Quid necesse erat, regem circa privati, & gregarii militis injuriam tam esse sollicitum, nisi quia rem infamem sciebat peccatum esse?

Turpitudinem peccati servitus ipsa cupiditatem peccato intrinseca demonstrat. Qui enim suis cupiditatibus, & peccato servit, sunt servi servorum omnium justorum, & bonorum.

Justi enim, & boni omnes secundum rationis, & veræ pietatis regulam cæcæ suam voluntatem dirigunt, & ut rectè rationi, & pietati obsequantur, faciunt. Atqui improbi omnes suæ voluntati servitunt. Ejus igitur servi sunt, qui à justis servituti subiiciuntur.

Singulorum ferè peccatorum turpitudinem his verbis D. Augustin. describit. Meditat. cap. 4. Coarctat avaritia, distendit superbia, consumit invidia, inflammat concupiscentia, infestat luxuria, dehonestat gula, ebrietas confundit, detrahit laceras, ambitio supplantat, rapacitas oburgat, discordia dissipat, ira perturbat, levitas dissolvit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulationi frangit, favor atollit, calumnia H pungit.

Etiã bonum delectabile peccatum auferit, aut minuit, ut cum non nisi voluptatis causa peccent homines, in ipso tamen peccato omnia tristissima inveniunt. Voluisti, Domine, & ita est, ait S. August. Confess. l. 1. c. 12. ut omnis animus inordinatus sibi ipsi sit poena.

Unde sic per Jeremiam Deus loquitur: Scito, & vide, quàm malum, & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus. Cap. 2.

Hujus amaritudinis una, & maxima pars est remorsus conscientia, qui etiam deploratè impios non sinit conquefcere. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis ejus. Sonitus terroris semper in auribus illius; & cùm pax sit, ille insidias suspiciat. Job. 15. In omnibus arumis, quas sanctus Job passus est, nunquam defuit, qui malum nuntium ei afferret. In omni peccato malum nuntium adest, quod conscientiam mordet. Vide, quæ dicta sunt in loco de Conscientia.

K 4 Dicit

Dicit Deus impiis, Lev. 26. Ponam faciem meam contra vos, & fugietis nemine persequente. Et rursum: Dabo pavorem in cordibus eorum. Terribit eos tonitruus folii volantis. Non potuit significantius terror conscientia impiorum exprimi. Exemplum de Cain. Ecce, inquit, eiis me hodie a facie terrae: omnis igitur, qui inveniit me, occidet me. Et tamen solus pater Adam tunc supervixerat. Tanta est timoris, & stimuli conscientia vis.

Aliis etiam nominibus peccatum triste est, quia peccata adferunt aeternam, quia animi vires debilitat, sensuallitates adfert, unde S. Job. cap. 7. Factus sum mihi metipsum gravis, quia non sine magnis curis, & laboribus cupiditates explentur.

Denique peccatum est, quod Deum de caelo evocavit, hominem fieri, & crucem subire fecit, quod hujus gravitas, & enormitas non nisi unigeniti Filii Dei sanguine expiari potuit, quod ad hujus remedium, & victoriam, tota Christi doctrina, novi Testamenti gratia, omnia Sacramenta data, & ordinata sunt.

Unde B. Augustinus in l. de decem tabulis c. 8. peccata vocat anima febres. Chrysostomus ad populum Antiochenum, gravem paralytium Basil. in Isaie c. 1. Elephantium morbum, aut B. lepram animum. Greg. 1. 12. Moral. c. 6. 15. Ambrosius in cap. 12. epistolae ad Romanos mortem ipsam. Postremo, peccata hominum sunt cause omnium calamitatum, & malorum. Unde Chrysostomus homil. 5. de Penitentia. Malorum omnium causam constat esse peccatum. Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quotquot nos premunt passiones. Unde Dominus offendere volens malorum omnium causam esse peccatum, paralyticum dicit, ubi anima, & corpore paralyticum esse vidisset, Vade, sanus factus es, noli amplius peccare, ne tibi aliquid deturdatio fiat.

Et S. Hieronymus epistolae ad Heliodorum. Nostris peccatis barbari fortes sunt: nostris vitis Romanus superat exercitus, & quasi non hac fuisset cladibus, plus pene bella civilia, quam hostilis mucro consumpsit, &c. non amputamus causas morbi, ut morbus pariter auferatur, statimque cernamus, fagittas pilis, tiaras galeis, caballis equis cedere.

APOPHYHEGMATA, ET EXEMPLA ILLORUM, QUI PECCATA DETESTATI FUERUNT.

Vide de Castitate nonnulla. Item de Martyrio Dei cultu. Mendacio.

Propter tam variam, & enormem peccati malitiam, a piis iustis semper maxime detestandum, & abominabile fuit habitum. Præmittimus censuram Ethnicorum, qui docuerunt potius moriendum, quam contra rationem naturalem, ipsamque honestatem peccandum. ARISTOTELIS siquidem in Ethicis dictum est, Melius est mori, quam facere aliquid contra bonum virtutis.

Et Publii Mimi, Tolerabilior est, qui mori jubet, quam male vivere.

Papinianus Jureconsultus, teste Aelio Spartiano in Caracalla, mori maluit, quam parricidium Antonini Caracalla Imperator occiderat fratrem Getam defendere.

Illustre exemplum esse apud Plutarchum in vita Demetrii, in hoc genere de puero. Democles inquit, puer formosus, lavandi corporis causa ingressus erat solus privatum balneum. Hoc ubi Demetrius deprehendit, forma ejus captus locum clanculum adit, ut eo abuteretur. Democles autem horrens D lapsus, cum nullum pateret effugium, detracto aheni, quod iherat, operculo, in aquam ferventem nudus insiluit, facinus dignum patria dignum forma, dignum pudicitia perpetrans. Quod mirabilius, quam tanti Principis promissis, & blanditiis puerum non cedere, ut pudicitiam servaret.

Neque desunt exempla, & præclarè dicta fidelium. Primum sit Apostoli ita loquentis in epistola ad Romanos. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Separatur autem a charitate Christi, qui consentit peccato.

Secundum est Ambrosii. Nam cum Rufinus magister militum, teste Theodoro historico. Eccles. 1. 5. c. 18. hortaretur Theodosium Imperatorem de via excommunicatione valde tristitem, ac sollicitum, ut bono animo esset, curaturum se dicens, ut

Episcopus Ambrosius etiam sua sponte sua vincula ei laxaret, respondit Theodosius. Novi ego constantiam Ambrosii, & E. quod nullo regis majestatis terrore divinam legem transgredietur.

Tertium est Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani, cui cum Eudoxia Imperatrix Arcadii conjux per suos Legatos multas mitemperaret, eo quod inquis ejus conatus fuisset, Legati circumfunderunt. Frustra illum hominem terces, nihil ille nisi peccatum timet.

IV. Ludovici noni Regis Gallorum, qui ab ineunte ætate ex institutione matris Blanchæ hoc persuasum habuit, potius mortem oppeteret, quam in lethale peccatum consentire, ut scribit Surius in ejus vita.

V. S. Emundi Cantuariensis Archiepiscopi, cujus hæc vox erat. Malo insilire in rogum ardentissimum, quam peccatum ullum sciens admittere in Deum meum. Surius in vita.

VI. Anselmi item Cantuar. Archiepiscopi, qui dicere solebat. Si hinc peccati horrorem, inde inferni dolorem corporaliter cererem, & necessario unum coram immergi deberem, prius infernum, quam peccatum appeterem. Surius in vita.

Idem scribit in l. de Beatitudinibus c. 290. Mallem inquis, si purus a peccato, & innocens gehennam intrare, quam peccati sorte pollutus caelorum regna intrare.

Eodem pertinent exempla omnium Martyrum, qui maluerunt extremos cruciatus, mortemque perire, quam idolum aliquod, factum, verbo, vel nutu, divino hominem afflicere, aut Christum negare. Vide nonnulla hoc eodem loco in initio inter exempla historica, ubi afferuntur exempla illorum, qui peccata nulla ratione voluerunt.

PECCATI VENIALIS OFFENSA ETIAM TIMENDA.

Scribit ad Heliodorum Hieronymus: Mens Christo dedita æquæ, & in majoribus, & in minoribus intenta est, sciens etiam pro otioso verbo reddendam esse rationem.

Et Augustinus, serm. 41. de Sanctis. Quibus peccatis igitur minutis, & quotidianis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam veluti quibusdam pusillis, & quasi horrenda scabie repletis deformem faciunt, ut eam ad amplexus illius sponsi coelestis, aut vix, aut cum grandi confusione venire permittantur.

Considerandum sanè est, quod peccato veniali quantumvis levissimo offendatur Deus. Unde B. Jacobus. In multis offendimus omnes. Quis autem velit Deum, hoc est, conditorem suum, benefactoremque tantum, vel in minimo offendere. S. Augustinus, scribens in c. 13. Joann. 15. S. Bernardus in sermone de curia Domini, comparant animam peccatis venialibus maculatam sordidus pedibus Apostolorum. De quibus Christus apud Joannem. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet. Licet enim Apostoli jam mundi, & iusti facti essent per baptismum, tamen adhuc lavacro alio penitentiae, propter contracta post illud leviora peccata indigebant, si vellent participes reddi regni coelestis. Nihil enim coinquatum, ut est in Apocalypsi; introbit in regnum Dei. Quo sensu & Christus Petro dixit: Si non laveris te, non habebis partem mecum.

LEVIA PECCATA NOSTRA OPINIONE, GRAVIA SUNT IN CONSPICUO DEI.

Expendendum etiam est, peccata quadam, quæ nostra opinione sunt levissima, apud Deum sæpè esse gravia, quod B. Basilus prolixè in quadam oratione de peccato, multis Scripturarum exemplis inde probat, quod acerbissimè quadam in speciem levia castigat. Ut ille, qui ob collecta Sabbato ligna a populo lapidatus est. Num. 15.

Achan ob exiguum furtum non solum sibipsum, sed etiam conjugi, liberis, toti domui, & omnibus denique suis exiti causam præbuit. Jos. 7.

Marie sororis Moysis levi licet noxæ, ipso quoque Moysæ manus ad Deum tendente, non condonata est multa. Num. 12. Idem Moyses cum tante esset Dei amicus, tamen ob exiguum incredulitatem aditu terræ promissionis exclusus est. Cap. 20.

Heli sacerdos ob omisam asperiorum filiorum oburgationem ipse cum filius inausulta morte multatus est. 1. Reg. 3.

Ananias, & Saphira, ob retentam aliquam pecuniam repentina morte temporalis ab Apost. Petro sublatis sunt. Act. 5.

S. Petro negavit Christum vitam æternam, si non obediret in acceptanda lotione pedum. Joan. 1.

Omnium

Omnibus, qui esurientes non paverunt, sitientes non potarunt, egros non inviserunt, &c. apud Matth. 25. dicitur. Dedicite a me maledicti in ignem æternum.

De eadem re sic B. Augustinus in Enchiridion. Sunt quedam, quæ levissima putarentur, nisi in Scripturis demonstretur opinio graviora. Quis enim dicentem fratri suo, Factus, reum gehennæ putaret, nisi veritas diceret? cui tamen vulneri subiecit continuè medicinam, præceptum fratrem reconciliationis adjungens, &c. Aut quis æstimaret, quam magnum peccatum dies observare, & menses, & annos, & tempora, sicut observant, qui certis diebus, five mensibus, five annis volunt, aut nolunt aliquid facere, aut inchoare, eò quod secundum vanas doctrinas hominum facta, vel inausulta existimant tempora, nisi hujus mali magnitudinem ex timore Apostoli temeraria, qui talibus ait. Timeo, ne forte sine causa laboraverim in vobis? Deinde mox addit. Hinc accidit, quod peccata quamvis magna, & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse credantur, usque adeo, ut non solum non occideantur, verum etiam jam prædicanda, ac distamanda videantur.

Vide infra. In fine Tituli præsentis de Venialibus Peccatis. Ubi, & de vario eorum effectu.

MAXIME CAVENDA.

Sanè si non sedulo caveas peccata leviora, te in periculum concitasti admittendi graviora, & lethalia. Qui autem amat periculum, peribit in illud, inquit Sap. Eccl. c. 7. Periculum autem hujus causa potest esse multiplex. Primo consuetudo peccandi. Qui enim spernit modica, ait idem, paulatim decedit. Quæ verba explanans B. Gregorius lib. 10. Moral. cap. 14. Si enim curare parva, inquit, negligemus, insensibiliter seducti, audenter etiam majora perperamus. Et in 3. parte pastoralis admonitionis. 34. Qui enim minimam peccata delectare, ac vitare negligit, a statu justitiæ non quidem repente, sed partibus totus cadit.

Secundo. Causa est natura peccati. Peccatum enim sua natura est grave, & ideo pondere suo semper ad graviora trahit. Unde Chrysostomus in hom. de Jona Propheta. Nihil grave æquè, & onerosum invenies, quam peccatum, & idcirco Zacharias plumbo peccatum figuravit, & David naturam ejus describens ait. Iniquitates meæ superaverunt caput meum, & sicut onus grave gravate sunt super me.

Et B. Gregorius 15. Moral. c. 12. Peccatum, quod penitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit.

Tertio. Causa, quia quadam peccata natura sua excitare solent maximas lites, & bella, ut leve aliquid convivium, non secus quam parva scintilla magna solet excitare incendia. De quo B. Jacobus. Lingua modicum quidem membrum est, & magna exalcat. Ecce quantum ignis quam magnam sylvam incendit? Et lingua ignis est, universitas iniquitatis.

Hac de causa Christus prohibuit iram etiam corde tantum conceptam, ne ab ea, ut fit, in contumelias, & homicidia rueretur. Prohibuit aspectum mulierum, ne inde lapsus esset in mecham. Prohibuit juramentum, ne procederet ad perjurium.

Quarto. Causa est multitudo peccatorum venialium, de quibus ita loquitur Augustinus. Tract. 12. in Joannem. Quomodo minuta peccata, si negligantur, occidunt? minuta sunt guttæ, quæ illumina implent, minuta sunt grana arena, sed si multa arena imponatur, premis, atque opprimat. Hoc facit sentina neglecta, quod fluctus irruens paulatim per sentinam intrat: sed dum intrando, non exhauriendo mergit navem. Quæ verba non sic accipienda sunt, quasi multitudo peccatorum venialium, dum venialia manent, exæquati possint uno mortali: id enim Theologi Scholastici firmis rationibus redargunt, sed ut ea exponit S. Thomas in 2. par. Summæ Theologiæ c. 3. quæst. 88. cap. 3. quasi multa venialia, si negligantur, proximam vitam parant, & disponunt ad mortale, sicut vulnus curabile si negligatur, disponit ad mortem lethalem.

Quamvis autem veniali peccato Deus non eo usque offendatur, ut hominem sua gratia, & amicitia desituit, tamen pigritas amantibus fugiendum ad esse obsequentes ejus effectus. Nam primo obligat hominem ad peccatum hujus vite, vel future in Purgatorio habendam, nullum siquidem peccatum manet impunitum. 2. animam sordidiorum reddit. 3. immunit charitatis fervorem, ut aqua frigida injecta in calidam. 4. vi-

res animi debilitat, sicut onus ambulanti. 5. retardat gloriam æternam. 6. minuit meritum, & vita æterna gloriam. 7. disponit ad peccatum mortale. 8. obstaculum aliquod ponit augmento gratiæ. 9. impedit devotionem in orando, & in vita spiritali progressum. 10. duplicet Deo, & Angelis, & ideo nunquam licet peccatum veniale committere, etiam si spes affulgeret totum mundum per illud convertendi. 11. Placet demoni, & ideo sæpè occasionem captat per illud nos perdendi, ut notavit B. Chrysostomus homil. 14. in cap. 4. epistolae ad Ephesios, dum exponit verba illa: Noli te locum dare diabolo.

EXEMPLA ILLORUM, QUI PECCATA VENIALIA COMMITTERE NOLUERUNT, aut eain se vindicarunt.

Paulam Romanam, scripsit Hieronymus, ita levia peccata planxisset, ut illam gravissimorum criminum credere ream. Eam quoque dicere solitam, quod inter saculi homines vel leve putatur, vel nihil, hoc in monasteriis gravissimum delictum esse. Epistol. 27. ad Eusebium.

De Eusebio Eremita Theodoro in Historia Sanctorum, E. scilicet 4. sic scribit. Sedebat super quandam petram Eusebius, & Ammianus admirabilis, & divinorum Evangeliorum Historiam alter quidem legebat, alter verò eorum, quæ erant obscuriora, explicabat sententiam. Cum autem agricola in subiecto campo terram colerent, ad hanc contemplationem magnus tractus est Eusebius. Cum autem divinus Ammianus locum legisset Evangelicum, sciscitaretur autem interpretationem, jussit magnus Eusebius, ut repeteret lectionem. Cum is autem dixisset, iis qui aderant fortè delectatus, minime exauditis, ut est verisimile: suis deinceps oculis legem tulit, ut neque campum illum unquam intuerentur, neque celestis pulchritudine, & chori astrorum aspectu fruenter: sed angustissima utens semita, curas mensuram ajunt fuisse unius palmi ferente ad oratorium, extra eam deinceps egredi non est passus. Dicunt autem eum plus quam quadraginta annis vixisse post hanc legem. Ut autem cum animi sui sententia, ad hæc quoque cum traheret aliqua necessitas, cum lumbos zona ferrea alligasset, & gravissimum collare collo imposuisset, aliquo ferro conjunxit zonam collari, qui erat collo impositus, ut hoc modo inclinatus conaretur assidue in terram aspicere. Has ipse de se exegit penas, quod illos esset contemplatus agricolas.

Sanctæ Monicæ Dei famulæ scribit D. Augustinus vinolentiam subrepsisse. Nam cum de more, tanquam puella foribria juberetur a parentibus de cuppa vinum depromere, submisso poculo, qua desuper patet, prius quam in lagunculam funderet merum, primotibus labris forbebat exiguum, quia non poterat amplius sensu recusante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus ætatis excessibus, qui ludicris motibus bulliunt, & in puerilibus animis majorum pondere premi solent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo, quoniam qui modica spernit, paulatim decedit, in eam consuetudinem lapsa erat, ut prope jam plenos meto caliculis inhianter hauriret. Sed quomodo fuerit ab hac consuetudine sanata, idem Augustinus paulo inferius exponit. Ancilla, inquit, cum qua solebat Monica mater mea accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, ut fit, sola cum sola, objecit hoc crimen amarissima insultatione, vocans meribubulam. Quo illa simulo percussa, respexit fedatitiam suam, copulæque damnavit, atque exivit. Sicuramici adulantes pervertunt, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. D. Augustinus 19. Confess. c. 8.

Dignum memoratu est, quod ad incutiendam cunctis formidinem valde utile est: ne vana securitatis dediti, dum in minimis peccatis non timent, in magnis fiducialibus offendant. S. Aichadus Abbas Gimifensis, pro causis monasterii agendis, per quoddam Sabbatum occupatus tenebatur, adeo ut nec puncto temporis ab instanti negotio posset se eximere. Immemor ergo sui, dum egeri fratres ex consuetudine novitia agerent, ipse sub horam non tam tardius agebat. Accito itaque tonfore, capillos capitis forcipe jussit sibi equari: Quod cum ageretur, videt humane salutis adfversarium, quam promptus sit ad nocendum, quomodo de noctris offendionibus exultet. Et ecce diabolus intra tenebrosam cellæ angulum se continebat, nefandam cantionem in manibus tenens, & semper, ut attonsa coma deorsum influebat, ipse colligere, & in-